6
4-b
2

6
1 D
8

6-4.b.2

Digitized by Google

INDEX CRITICUS
VOCUM
AB IIS, QUI LATINE SCRIBERE VELINT, VITANDARUM

AUCTORE

JOANNE MARCHELLO S. J.

MEDIOLANI;

Proſtant apud Federicum Agnellum Impreſſorem in via S. Margheritæ. *Superiorum permiſſu.*

MDCCLIII.

Digitized by Google

DIALOGUS

LECTOR, ET AUCTOR

Indicis Critici colloquuntur.

L. UT creſcit inanium Librorum peſtis! Nemone huic modum, finemque conſtituat? Acutiſſimum vero hominem oportet eſſe, qui tam levibus in ſtudiis vocum vitandarum operam omnem perdiderit. O immanes temporis jacturas! Hac ætate tam intelligenti, tam erudita, tam gravi ac multiplici doctrinarum genere occupata, iſtiuſmodi tu res ſcribas? Hæcne edas futilitatis pleniſſima? Nec puduit in tam exili jejunoque Libello grandioribus Literis præclarum Indicis Critici nomen inſcribere? O egregium Criticen perfectorem, qui voculas nonnullas vitandas deſignet!

A. Heus tu comprime te: nimis multa uno ſpiritu pronuncias. Inanemne voces hunc In-

Indicem ? nihilne fuiſſe, cur in eo adornando inſudaverim ? Nihil cur illum Criticum inſcribam ? Nihil cur edam ? Scin' quid tu facias ? ne legas. Quid tum poſtea, hæc ſi tibi omnia ultro concedam ? Is etenim ſum, qui experimento uſuque didicerim me falsâ rerum ſpecie fuiſſe non ſemel deceptum; ac nonnunquam pro magno aliquid habuiſſe; quod re ipsâ nullo loco numerandum eſſe poſt paullo comperi. Quanquam id mihi meo de hoc libello nondum eſt perſuaſum; atque adeo poſtulo, id gratiæ apponi mihi, quod illum confecerim; rem enim vehementer utilem præſtitiſſe me litteratis omnibus, opinor, iiſque præſertim, qui præter auræ atque argenteæ, quam vocant, ætatis ſcriptores, legere alios etiam velint, quin ullam ex illis voculam hauriant a verâ germanâque Latinitate proſcribendam. Id enim mihi propoſui, ut in hoc Indice colligerem voces compluſimas ab iis, qui nunc temporis latinè ſcribunt conſuetudine diuturnâ tritas, quæ licet

mihi

mihi non ſatis latinæ viderentur, a Latinis tamen eſſent parum diſſimiles. Atque eâ de re Criticum inſcripſi hunc Indicem, quod & ex Criticis notationibus conſtet, & maximo eſſe commodo poſſit, tum ad ſua, tum ad aliorum ſcripta criticis oculis perlegenda.

L. Narra mihi: Qui factum eſt, ut laborem tam improbum reciperes?

A. Improbuſne ſit hic labor, judicium tuum hominumque litteratorum eſto. Quâ verò ratione hunc Indicem effecerim, paucis dicam. Ab eo tempore, quo linguæ latinæ præcepta pueris tradere inſtitui, ſeptenis denis ab hinc annis, id moris habui, ut quoties in novum aliquod opuſculum latinè ſcriptum inciderem, illud diligenter evolverem eâ cautione, ut ne vocabulum ex illo aliquod mihi ſcienti prudentique in memoriâ inhæreret, quod antiquo optimæ Latinitatis ſcriptore dignum non eſſet. Quam ad rem cum mihi neceſſe fuerit multas ſæpè voces accurato ſtudio ad examen revocare, eas,

de

de quibus in me poſt non mediocrem diligentiam adhibitam ſatis firma ſuſpicio innata eſt, aut barbaras eſſe, aut dubias conſuevi memoriæ causâ in aliquam ſchedam referre. Utque hæ ſchedæ inter tot annos ita numero auctæ ſunt, ut modicum quoddam corpus ex illis confici poſſet, nonnihil tandem nactus otii ea omnia vocabula mihi ratione aliquâ ſuſpecta diſcretè & electè illo ordine diſpoſui, quo ſunt in hoc commentariolo deſcripta; illiſque ea addidi ex indicibus vocum barbararum Facciolati, Noltenii, aliorumque, quæ viſa mihi ſunt a latinis ætatis noſtræ auctoribus in uſu magis poſita.

O Judicem acerrimum omnibus barbaris vocibus exquirendum! Enimvero, ajunt, barbariem ſibi, ut cum maxime, id nunc timebo, ne ſi ſtirpitùs exſtirpaſſis! Iſne tu vir es, qui literariæ Reipubl. correctorem atque emendatorem agere, qui poſſis de aliorum ſcriptis ſententiam ferre, voceſque latinas a minime latinis ſecernere?

A. Ne-

A. Neque is ſum, neque ut a quopiam in tantâ habeat exiſtimatione vel minimum laboro. Unum ſtudeo, ut, quiſquis voces hujus Indicis legendo percurrerit, eas, ſi lubet, inter ſuſpectas locet, neque illis utatur, niſi teſtimonio aliquo certo gravique eas poſſit confirmare: quod ut facerem, memini me olim, quantum in me fuit, omnia tentare. Nam antiquos prope omnes Auctores pervolutavi, totum expendi *Lexicon* Jacobi Facciolati, & conſului præterea ſæpe Theſaurum Linguæ Latinæ, atque Indices Librorum ad uſum Delfini, quos ſi omnes in promptu habere potuiſſem, præciſum minus hunc meum adornaſſem. Etſi enim, ne in re tam periculosâ meæ partes deſiderarentur, quadam, ut ita dicam, Aurificis ſtaterâ uti nunquam non voluerim, vereor tamen, ne indiligens aliquando nimium fuerim, & cuipiam fortaſſe populari Trutinâ uſus videri poſſim.

L. Id ſi revera præſtitiſti, quod tu de te glorioſè loqueris, probabilem ſatis rationem affers,

affers, cur hujus Indicis voces haud ſint temerè uſurpandæ, neque videris admodum reprehendendus, ſi eas ad communem utilitatem in vulgus profers. At cur paginulas ipſas vocum vitandarum, quemadmodum a te ſunt in libris legendis deſcriptæ, cum ſuis auctorum nominibus non edidiſti?

A. Ne videlicet alicui in offenſionem venirem, qui aut ſcripta ſua a me impeti intelligeret, aut Auctoris ſaltem alicujus, quem, ut fit, in deliciis habeat. Dici enim non poteſt quantopere oderim dimicationes ac lites movere. Atque idcirco apertè profiteor omne meum patrocinium tuitionemque omnem hujus Indicis repudiare: vellicet illum quiſquis velit, carpat, rodat, dilaceret; mihi neque otium eſt, neque voluntas ullius in eo defendendo operæ impendendæ.

L. Male nimirum tibi times, ne litteratorum ſermone vapules, ſubeaſque famam temeritatis, qui rem magnitudine ſuâ ac difficul-

tate nulli tentandam tam audacter aggreſſus ſis. Quid pronius, quam ut unus aliquis ſeriem contexat, edatque in lucem vocum minime vitandarum, quas tu pro vitandis deſſignaveris; oſtendatque legitimis graviſſimiſque auctoritatibus eas in Cæſare, Cicerone, ac Livio, aliiſque hujus notæ libris reperiri?

A. Pronum id ita eſt fieri, ut quod maxime. Erunt non pauci, ad quorum honorem magni intererit, omnem adimi huic Indici auctoritatem. Fac eos, vocem aliquam imprudenter, aut pronunciare, aut ſcribere, quam quiſpiam illis ex hoc Indice, ut ſuſpectam vel etiam barbaram objiciat. Ecce tibi illico invidiam miſello huic derelictoque opuſculo creatam. Conclamant, vociferantur, omni aſſeveratione affirmant; nullam illi fidem habendam; nihil illo fieri potuiſſe negligentius; innumeras illum voces continere, quas ſe legere in optimis ſcriptoribus meminerint. Neque ego nullam penitus ex hiſce vocibus eos in illis legiſſe

 con-

conſtantiſſimè negarim. Perdifficile enim minime eſt, id mihi accidere, quod homini cuidam Tranſalpino, cujus vocum vitandarum indicem cum evolverem, compluribus inter eas animadverti, quibus Cicero, Livius, Cæſar utuntur. Namque venit id uſu, iis præſertim, qui diuturnâ Lectione oculos animumque defatigant, ut ſemel atque iterum idem nonnunquam vocabulum, aut inconſideratè legant, aut ſaltem oſcitanter, atque animadverſione tam levi, ut paullo poſt memoriâ planè excidat, neque ſe illud unquam legiſſe recordentur; quod quidem, ne mihi contingeret, nulli peperci operæ: verum, id ſi mihi inſcienti contigiſſe aliquis palam faciat, gratiam illi habebo maximam, qui, ne meâ cauſsâ quiſquam ullo ſit in periculo errationis, diligentiâ ſuâ provideat.

L. Quid porro agas, ſi quis te quoque tuis in ſcriptis, nec barbaras voces vitaſſe, & eadem peccare, quæ in aliis damnes, teſtimoniis locupletiſſimis demonſtret?

A. Id

Digitized by Google

A. Id tacitè habebo : ac me novi aliquid in re latinâ didiciſſe gratulabor : Neque propterea de meâ proximus exiſtimatione actum eſſe crediderim, illud ſi de me circumferatur, quod non raro de viris clariſſimis. Haud enim puto, continuo pronunciandum eſſe latinam linguam eos ignorare, qui imprudentes, quod optimo cuique poteſt cadere, vocem aliquam minimè latinam non vitaverint. Quis enim (utne de aliis complurimis verba faciam) Quis doctior in latinâ linguâ, aut exercitatior M. Antonio Flaminio? Is tamen identidem vocibus utitur, aut dubiis, aut nullâ veterum latinorum auctoritate confirmatis.

L. Memoriolâ vacillas. Nonne ajebas, velle te abſtinere ab iis nomine appellandis, quibus barbaræ aliquando voces exciderint? quid itaque de Flaminio mentionem facis?

A. Uti de illo nempe homine, de quo tam firma ſit apud omnes, & conſtans opinio emendatæ, ut temporibus noſtris, latinæque lo-

cutionis, quæ neque meis, neque ullius verbis imminui poſſit, aut elevari.

L. Quandoquidem de Flaminio tam pleno ore, ac tantâ cum laudis commendatione loqueris, ſum in curioſitate audiendi, quid ſit, in quo eum parum latinè ſcripſiſſe contendas.

A. Chartulam tibi exhibeo, eam ipſam, quam olim deſcripſi ex ejus carminibus Veronæ in lucem editis anno a Christo nato MDCCXL.

Pag. 154.

Qui ſuâ horribili voratione.

Lectio Catulli, in quo uno ſolo hanc vocem, vorationem nonnulli legunt, eſt vehementer dubia.

Pag. 158.

Plantulas manibus ſuis feraces
Sevit.

Vox, Plantula, læ, *barbara eſt*.

Pag. 158.

Fontes luciduli, antra opaca, amœnum
Nemus.

Vox Lucidulus, a, um, *nova eſt, quam tamen Flaminius videtur in oculis habuiſſe; nam illa utitur pag.* 170., 194., 195., 196., 203., *& alibi*.

Pag. 182.

Arctius at miſerum vincierant oculi.

Vincierant *perperam pro præterito* vinxerant, *decepit*

pit Flaminium ſimilitudo verbi audio *cum verbo* vincio ; *verum hoc in præterito ſemper habet*, vinxi, *nunquam* vincivi , *aut* vincii .

Pag. 192.

purique fontes vitreis

Lymphis decentes frigerant nemorum Deas .

Catullus carm. 62. ſcripſit : Frigerans Aganippe ; *a verbo nimirum* frigero , *quod* , *ut ait Facciolatus* , *in uſu non eſt*.

Pag. 194.

Cur ſubito , fons turbidule , tuus humor abundat .

Turbidulus *vox barbara* .

Pag. 207.

Inculta, ſqualiens , hiſpidula coma horreſcit .

Hiſpidulus *vox barbara* .

Pag. 208.

Hos calamos Pan ſylvipotens tibi pulcher Jolas.

Sylvipotens *vox nova eſt a Flaminio ex duabus vocibus latinis efficta*.

Pag. 212.

Immitiſſima mors manum rapacem

Illi es injicere auſa ?

Manum injicere alicui , *quemadmodum Nolthenius teſtimoniis plurimis comprobat*, *latinis non eſt idem* , *quod* vim alicui inferre ; *ſed eſt manu aliquem ducere*, *manum alicujus manui interſerere* , *illam complecti* , *ſtringere*. *Cic pro Q. Rab* : Ipſa mihi veritas manum injecit , & paulliſper conſiſtere, & commorari coëgit . *Hæc tamen explicatio Nolthenii pugnat cum ſententia Facciolati*, *qui* manum injicere *ſic exponit*: mettere le mani adoſſo ; *& verbis Plauti* , *& Livii id confirmat* .

Pag.

Pag. 215.

Ecco Caſeolos tibi recentes.

Pag. 227.

habebis & lac

Dulce, & caſeolum recentem, & ova.

Vocem Caſeolus *Facciolatus inter barbaras collocat verùm P. Vanier S. J. in ſuo Indice Poetico hæc habet*:

Caſeolus li (*piccolo Caſcio, o Formaggio*).

Sunt & Caſeoli, quos juncea Fiſcina ſiccat.

Virgilius.

Quem tamen Virgilii verſiculum legere me nunquam memini; fortaſſe erit ex Catalectis, *quæ perperam Virgilio tribuuntur*.

Pag. 239.

Tune, docte Mari, tuo Sodali

Potes conſulere, ut ſuas ineptas

Nugas edat?

Vox conſulere *hoc loco non ſatis aptè videtur à Flaminio uſurpari. Uti enim Alvarus ſcribit*, conſulere alicui non eſt conſilium date, ſed proſpicere, ſeu providere alicui.

Pag. 295.

Oviculæ nos tuæ

Sumus.

Ovicula, læ, *vox eſt, quæ legitur in Aurelio victore, qui à Facciolato rejicitur inter Auctores ætatis ſenecæ*.

Pag. 311.

Rigata Fontis Lymphula.

Lymphula *vox barbara*.

L. Pro-

L. Procul erras, qui, tanquam vitandas eas in Flaminii Carminibus voces notaveris, quæ *diminutivæ* a Grammaticis appellantur; Nonne elegantiæ ac feſtivitatis cauſsâ eas cuique licet arbitrio ſuo fingere?

A. Id quidem inter litteratos nonnulli exemplo ſuo atque auctoritate perſæpè confirmant; ſed Facciolatus, qui eas voces inter barbaras annumerat, atque omnes prope Grammatici negant. Fit enim non raro, ut ab iis, id qui ſibi vetitum minimè perſuadent, in Falleuciis præſertim tot diminutæ voces, eæque horridulæ, & tam valde ineptæ interſerantur, ut nauſeam creent; Quarum etiam complurimæ omnino pugnant cum germanâ earum vocum ſignificatione, a quibus efformantur. Exemplum eſto vox *Altariolum*, quam qui pro parvo Altari uſurpant, videntur ignorare, quid eſſet apud antiquos Altare, ita ab Altitudine ſuâ appellatum; quod ſi parvum fuiſſet, non Altare, ſed Ara, vel Arula vocabatur. Idque facit, ut

vehe-

vehementer ſuſpicer, apud Romanos olim res multas, cum minores eſſent, nomina mutaviſſe. Hinc fortaſſe parvæ Plantæ, non *Plantulæ*, ſed herbæ dicebantur, res aliquantulum lucidæ, non lucidulæ, ſed ſubluſtres, uti apud Virgilium, aliaque his ſimilia aliis nominibus diverſis.

L. Antequam te reliqua de Flaminii carminibus percontor, aveo ſcire, qui vir ſit Nolthenius ille, quem ſemel jam atque iterum nominaviſti.

A. Illum haud novi, niſi ex quodam ejus opuſculo, in quo elucet mirifica hominis diligentia, amor in bonas litteras ſingularis, & ordo in rebus apte diſtribuendis exquiſitus. Hic ſcopus eſt illi propoſitus, ut barbariem omnem e linguâ Latinâ exturbet, quam in rem colligit innumeras notationes ex Criticis prope omnibus rei Grammaticæ peritiſſimis. Aliqua ex ejus indicibus in rem meam tranſtuli, ea tamen non admodum multa, tum quia mihi inter ma-

nus

Digitized by Google

nus venit illius liber, cum hunc commentariolum jam prope perfeceram; tum quia plurima ab ipſo animadverſa, vel ex me meis in ſchedis jam ante deſcripſeram, vel viſa ſunt his temporibus parum uſitata. Cæterum in eo velim, quod a me etiam multi deſiderabunt, ut ab uſu vocum barbararum, quas tam acriter inſectatur, ipſe magis abſtineret. Cujus erroris pro exemplo ſint duæ illæ barbaræ voces, quibus titulum libro ſuo inſcripſit: *Lexicon Antibarbarum*.

L. Ad propoſitum redeamus. Vocemne etiam *Sylvipotens* in Flaminio reprehendis?

A. Prorſus damno. Et recte quidem, ut arbitror, ac merito. Haud ignoro Flaminium cum viveret, diſerte contendiſſe, facultatem hanc Græcis conceſſam, non eſſe latinis denegandam, ut ex duabus quibuslibet latinis vocibus unam componant; verum id quoque minime tolerandum Grammaticis videtur, ut liberum cuique ſit in ſcripta ſua novas hujuſmodi voces, ut libet inſulſas inducere. Atque hæc

Digitized by Google

etiam eſt ratio, cur poſt antiquos primoſque illos ſcriptores voces nemini liceat novas condere; hæc enim licentia, ſi non omnem latinæ linguæ concinnitatem repente præcideret, ſaltem ſenſim diſſueret.

L. Attingere opportunius nihil poteras. Hanc ego legem audivi ſæpe, uti ſanctiſſimam in ore Grammaticorum verſari; neque mihi tamen quiſquam, eam eſſe obſervandam, perſuadere unquam potuit. Utquid enim Horatius in Arte Poëticâ dixerit:

licuit, ſemperque licebit
Signatum præſente notâ producere nomen?

Si igni quoddammodo & aquâ interdictum ſit, novum nequis vocabulum in linguam latinam inferat?

A. Rem in medium vocas, quæ difficiles habet explicatus. Horatius, ut mitiorem in partem ejus verba interpreter, de iis fortaſſe vocibus dumtaxat locutus eſt, quas novas novis

rebus

rebus aptari ſemper poſſe nemo eſt, qui prohibeat. Quodſi de omnibus illum velis nullo diſcrimine agere, aut negabo apertè illius ſententiæ adhærendum, cum nemo dubitet illâ etiam ætate viros clariſſimos, & nominatim Ciceronem, ſollicitos mirabiliter fuiſſe, nequam vocem, niſi uſu & antiquitate receptam pronunciarent; aut ſaltem dicam Horatium de ſuâ Linguâ ita ſcripſiſſe; quod eam ſemper futuram in ſermone vulgi; neque ullo unquam tempore interituram arbitraretur.

L. Aut in iſtis rebus nihil multum intelligo, aut nihil dum agis. Velim a te rationem aliquam veram, direċtamque, ob quam vetita ſit novarum vocum uſurpatio.

A. Nullam admodum habeo, præter illam quam paullo ante obiter attuli; ne ſcilicet, ſi cuique fas ſit novis uti arbitratu ſuo vocibus; cum multi nunquam non ſint, qui nullum puræ latinitatis guſtum habeant, in id latina lingua quamprimum evadat, ut omnis illius for-

ma atque ordo planè invertatur.

L. Quaſi vero huic morbo arcendo planum ſit nullum præſentiſſimumque remedium. Id tantum hominibus liceat in hâc linguâ exercitatiſſimis.

A. Tibi tum ſaltem, opinor, mihique, & uni vix aut alteri id licebit, præterea nemini. Quotuſquiſque erit, vel ſemidoctus, qui vix unum aut alterum annum in hiſce ſtudiis verſatus, hominem ſe in illis exercitatiſſimum non judicet?

L. Judices ſint conſtituti puræ latinitatis maxime periti, penes quos dumtaxat liberum ſit arbitrium novæ alicujus vocis aut producendæ, aut admittendæ.

A. Ex quâ provinciâ ſint illi? ex quâ gente? ex quo ordine? Cujus imperio vel conſilio deligantur? Quorum ſuffragiis? fieri ne poteſt ut ii ſint, quorum ſe arbitrio ſubjicere cæteri non recuſent?

L. Eſto: id fieri nequeat: At illis ſaltem ho-

hominibus, qui, ob ſcripta in lucem edita, præcellentiſſimi obtinuerint exiſtimari, hoc videtur minime denegandum, ut accuratâ circumſpectione poſſint novam aliquam vocem adhibêre, quin eam Grammatici abjudicandam cenſeant.

A. Quam multos hos etiam neceſſe eſt eſſe, qui vulgo in hâc urbe vel illâ, apud hunc, vel illum ordinem habeantur pro hominibus, qui perbene ſcripſerint latinè, celiquiſque ſint in hoc genere anteponendi? Sed oppido pauci ſint illi quidem: ex iis ne, quæſo, erunt, qui voces barbaras vitandas exiſtiment, an non? Ex primis, inquis; ſiquidem ita purè ſcripſerunt, ut palmam cæteris potuerint præripere. Age vero, ſi noſſent, voce ſe uſos aliquâ ab antiquis non uſitatâ, illamne, ſi liberum ipſis adhuc eſſet, immutatent? Quidni, cum ſint germanæ latinitatis adeo amantes? Num tu itaque velis omnibus tanquam exemplar, eam vocem proponere, quæ auctoris ſui diligentiam effuge-

rit,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

rit, quamque ſimul atque detegat, continuo delendam judicet?

L. Quid hoc tibi ſumis? Quid tam confidenter affirmas, homines me hoſce latinitatis ſcientiſſimos locare in primo genere eorum, qui voces reſpuant novas? ſint illi ex altero genere novis minime vocibus infenſi; dummodo norint, antequam ſcribere incipiunt, fieri aliquando poſſe, ſi lectiſſimè ſcribant, ut, quæ nova produxerint vocabula, ea inter latina conſcribantur.

A. Si huc te rejcis, eòdem revolveris, quo nuperrimè poſui. Nonne vides, illico innumeros eos eſſe oportere, qui purè omnino ſe ſcribere putent? En iterum recidis ad eam vulgo facultatem permittendam, quæ ſit omnis veræ latinitatis expultrix.

L. Etſi id non ita valde probem, tamen meâ voluntate deſcendo: pono eos eſſe, ut ajebas, ex primo genere. Quid enim abſurdè fiat, ſi quas voces viri litteratiſſimi imprudentes, & in-

invitì uſurpaverint, illis nos in communi uſu, tanquam latinis utamur?

A. Videlicet, ſi quod etiam in illis ſit mendum contra præcipuas Grammaticorum leges, id erit uſu communi comprobandum. Tenes quid dicam?

L. Nondum ſatis. Nonne ab his incommodis declinant, qui hæc omnia Hetruſcæ Linguæ concedunt? Suos habet illa Judices, ſuos in dies novos ſcriptores, ex quibus nova illi vox aliqua ſuccreſcat; quin detrimenti quidquam in ipſam redundet. Cur non eædem, atque illi, poſſint latinæ linguæ leges eſſe? quidni eadem utriuſque conditio?

A. Da mihi locum, ubi hæc tam elegans in vulgi ſermone ſit, uti illa eſt in Hetruriâ: Da tempora Romanorum temporibus æqualia. Et leges tum, ſi lubeat, conditioneſque latinæ linguæ ſint ab illis Hetruſcæ non diſſimiles.

L. Hæc res ſit, oportet, obſcura, & perrecondita, namque utlibet idoneis ad rem ratio-

nibus

nibus uti videaris, nihil tamen efficis. Mea enim adhuc ſententia mihi in animo hæret firmiſſimè; neque me quiſquam Grammaticorum adeo infatuare unquam poterit, ut credam, linguam latinam eo eſſe commodo privandam, ut novis quotidie vocibus, tanquam opibus poſſit, ad majorem copiam, amplitudinemque procedere.

A. Enitar poſtremo, ut explicatius ediſſeram occultiorem quandam rationem, quam, etſi certam exploratamque in animo habeo, vix tamen verbis exſequi poſſum. Diſputantes nonnulli de hâc ipsâ re, arcendas eſſe a latinâ linguâ novas voces ex eo effici, cogique poſſe opinantur; quod hæc una ex iis linguis ſit, quas mortuas ſolemus appellare; quibus quidem, ſi homines communi voluntate aliquid velint addere, haud video, quid demum ſit, cur fieri id nequeat. Præterquamquod latina lingua ita inter litteratos viget etiamnum, ut injurioſus temporibus noſtris plane ſit, qui vitam latini-

tati

Digitized by Google

ati omnem adimat. Equidem id potius dicerem, latinam linguam alteram vulgarem quandam, & communem eſſe, neque illam ita elegantem, atque excultam, & latius ad multa hominum genera pertinentem, alteram puram, concinnam, exquiſitiſſimam, & ab omni populi ſenſu uſque disjunctam. Illam augeat, quiſquis velit, & mirum eſt quot, quantumque eam omnes in dies augeant: hanc vero velle perficere, nefas eſſe cum Grammaticis omnibus ajo; neque injuriâ. Ea enim linguæ latinæ fuit olim pulchritudo, elegantia & majeſtas in antiquis Romanorum ſcriptis; tanta verborum proprietas, tam accuratus delectus, ac pura adeo ſtyli ſimplicitas, ut ab inconſideratiſſimæ temeritatis reprehenſione minime videatur liberandus, quiſquis manum animumque ad eam perficiendam adjiciat. Aut illorum ingenia, quod haud opinor, majora noſtris eſſent: Aut aurium ſenſu pollerent ad vocum menſionem; orationiſque concentum delicatiore; quod pronum eſt, ob

 fre-

Digitized by Google

frequentiorem, quam habebant, in variis numerorum percuſſionibus, exercitationem. Aut demum, quod vero propius exiſtimo; Libertas illa communis ac publica, imperiumque in omnes prope gentes, ampliſſimæque ac magnificentiſſimæ rerum diverſarum imagines, quæ tam crebro illis ante oculos obverſabantur, in ipſis hominum Romanorum mentibus penitus inhæreſcerent, eaſque & ad res excogitandas, exprimendaſque verbis aptiſſimis paratiores, & magnitudine ſua ampliores cultioreſque efficerent; id certè ex eorum ſcriptis luculenter conjicitur, eam illos ſignatam in animo habuiſſe latinitatis formam tam perfectam, aures adeo teretes tamque intelligens judicium, ut nihil poſſit ultra. Atque hæc quidem illa eſt latinitas, quam lento ac faſtidioſo labore tam multis annis ſtudioſiſſimè conſectamur: ſed cur demum, quæſo? An ut ea in familiari ſermone utamur librisve conſcribendis? Ad ornamentumne, laudemque ingenii nobis comparandam? Non pauci enim-

vero ſunt, qui hiſce tantum de cauſis haud magnopere neceſſariis in illius cognitionem incumbant. Ego ſane aliam dixerim quandam eſſe, atque præcipuam rationem, eamque ſapienti homine digniorem, ut nempe optimos illos Romanorum libros apprimè intelligamus, eorumque veſtigiis in rebus ſcribendis explicandiſque ingrediamur; ac mentem noſtram ad illorum normam accuratione, quantâ maximâ poſſumus, exigamus, & accommodemus. Quam ad rem nihil conduceret, atque adeo vehementer officeret copia vocum novarum, & peregrinitas in latinitatem infuſa. Ex eâ enim fieret, ut longo temporis decurſu barbaries omnino infuſcaret latinam linguam, quæ propterea, & amplitudine ipſâ difficilior incredibiliter evaderet, & novitate ſpeciem, habitumque mutaret, quin ulla in eâ amplius remaneret cum primis illis parentibus ſuis ſimilitudo.

Ut ſubtiliter diſputas! Quam nihil, quod mihi placeat, explicas? Haud mihi curæ

 eſt

eſt admodum, ullius ut judicio hâc ſuper re unquam revincar. Ne me pluribus obtundas. Aliò me nunc res meæ avocant. Cum per otium licebit, opuſculum hoc tuum oculis percurram.

A. Antequam id facis, nonnulla ſuperſunt, quæ hoc loco præponam, de quibus te monitum velim.

L. Ageſis; dummodo paucis & expeditè. Satias enim jam me tenet hujus ſermonis: nam contantum me temporis diſtinuiſti, quo totum propemodum hunc Indicem expendere potuiſſem.

A. Breviloquens ero. Poſt ſingulas voces vitandas vocem ſubjeci latinam: neque ſemper eam aptiſſimam; atque utinam nullam barbaram! Ubi nulla occurrit voce vitandâ præſtabilior, explicationem appoſui ejuſdem vocis. Inter utramque vocem quæ leges nomina, ea erunt Auctoris latini, quamquam non optimi, cujus teſtimonio vox, quæ ponitur inter vitandas, comprobari poteſt. Voces vitandas ab op-

timo

Digitized by Google

timo ſcriptore eas ſtatuo eſſe, quibus nemo uſus unquam fuerit eorum, qui illis ætatibus floruerunt, quarum alteram auream, argenteam alteram nominamus: atque ex hâc quidem eos tantum puto imitandos, qui ſine ullâ dubitatione ante annum a Chriſto nato CXVII. ſcripſerint, non vero eos, de quorum ætate variant Auctores. Quod ut quiſque facilius poſſit exiſtimare, ad calcem Latinos Scriptores adſcribam in ſuas ætates a Facciolato, aliiſque Grammaticis diſtributos. Vale.

Digitized by Google

A

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*

ABBLANDIOR, *vel* ADBLANDIOR - - Blandior.

AB HINC *eâ ſignificatione, ut referatur ad tempus futurum, rarò admodum uſurpatur.*

AB INVICEM - - - - Invicem.

ABLACTO - - - - - a lacte removeo.

ABOMINABILIS - - - - Deteſtabilis.

ABOMINATIO (*Lactantius dixit*) Execratio. *vel* Deteſtatio.

AB RE - - *cum pro* E re, in rem.
Significat enim - - - Contra rem.

ABS RE - - - *dic* - - Ab re.

Male enim afferri ſolet locus Auli Gellii lib. 18. *cap.* 14. *ubi veteres optimique Libri habent* Ab re, *non* Abs re.

ABSTERGO, *Apulejus uſurpavit, & Plinii Lectiones dubiæ omnes ſunt* - *dic* - Abſtergeo.

ABSTORQUEO - - - - Extorqueo.

ABSTRUSE' - (*Ammianus*) - Abſconditè.

ABSURDIUS - (*Digeſt.*) - Magis Abſurdè.

ABSURDISSIME' - (*Auguſt.*) - Omnino Abſurdè.

ABSURDITAS (*Claud. Mamert.*) Repugnantia.

AC - - *ſequente vocali, dic* - Atque.

Noltenio enim, aliiſque Grammaticis complurimis

Ac

A

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*

Ac *ſequente vocali ſuſpectum eſt : & Lectiones Ciceronis , quæ afferuntur , dubiæ ſunt.*

ACCENSIO , NIS , - Inflammatio.

ACCESSIBILIS - *Tertull.* ad quem patet acceſſus ; pervius , & , *ſi de homine ſermo ſit* , Affabilis.

ACCLUDO , DIS , - ſimul claudo , concludo.

ACCOMMODE' ; - (*dubia eſt Lectio Quintiliani*) *dic* - Commodè , accommodatè.

ACTIVITAS. - Vis ad agendum.

ADAGIUM , II , - *hac voce uſus eſt Aulus Gellius in Præfatione dic* Proverbium , ii.

AD ANNUM , *minus latinè dicitur , cum pro tempore unius anni uſurpatur , tunc enim dicendum eſt ;* in annum , Annum ; *Nàm* ad annum *ſignificat poſt expletum annum ; uti ſi Italus ;* ad annum , venit ; *ſenſus erit ;* venne dopo un anno.

ADDITIO , NIS ; - *etſi hac voce uſus ſit Quintilianus ; qui tamen elegantius velit ſcribere utatur voce Ciceronis* Additamentum , ti.

ADHÆRENTIA , Æ - Adhæſio , nis , adhæſus , ſus.

ADHIBERE FIDEM , - *cum pro* Credere.

Quamquam Auſonius dixit , vitandum tamen ; apud Auctores enim germanæ latinitatis ; Adhibere fidem *ſignificat tantum* promiſſis ſtare ; integrè , & fideliter agere.

ADI-

A

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
ADIBILIS		Acceſſu facilis, Affabilis.
ADIMPLEO, ES	*Paull.*, *Tertull.*	Impleo.
Dubia enim eſt Plinii lectio.		
AD INVICEM		Invicem.
AD MINIMUM		Minimum.
ADORATOR	*Tertull.*	Qui adorat. Cultor. Venerator.
ADSCITITIUS		Adſcitus.
ADVERSITAS, TIS; *cum pro* calamitate *uſurpatur; apud Plinium enim* Repugnantiam ſignificat.		
AD VIVUM EXPRIMERE *dic* Suis coloribus pingere.		
ADULATORIE'	*Auguſtin.*	Aſſentatoriè.
ADULATRIX,	*Trebell.*, *Tertull.*,	Aſſentatrix.
ADYTUS TEMPLI, *apud Nonium*;		Adytum Templi.
AENIGMATICUS		Obſcurus.
AEQUANIMIS		Qui æquo animo eſt.
AEQUANIMITER,	*Ammian.*, *Macrob.*,	Æquo animo.
AEQUANIMUS	*Auſonius*	Tranquillus, æqualis ſibi.
AEQUI VOCUS		Dubius, qui dubiam habet ſignificationem.
AER MALUS, VEL NON BONUS, *cum uſurpatur pro* Gravitate cœli, aut loci.		
AFFABILITER	*Macrobius*	Comiter.

AF-

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

AFFLATIO - - - - - Afflatus, tus.
Hinc male diceres Afflatio Numinis *pro* Afflatu Numinis.

AGGESTIM - - - - - - - - - Acervatim.

AGGRESSOR, ORIS - (*Juvencus Vulpian.*) - Qui aggreditur, obſeſſor, oppugnator.

AGGRESSUS, US, *Firmic.*, *Vulp.* Aggreſſio, nis.

AGILLIMUS - - *Priſcian.* - - maximè Agilis.
Suſpectum eſt etiam Agilior, oris.

ALACRITER; *Ammian.*, *Juſtin.*, *dubia Plinii lectio*; *dicerem potius*, cum alacritate, lætè, hilarè.

ALBEDO, INIS - - - - Candor.

ALIQUANTULO', *Vopiſcus*; Aliquantulum.

ALIQUORSUM - - aliquò, verſus aliquem locum.

ALLAMBO, IS, - *Auſonius* - Lambo, is.

A LONGE' - - - e longinquo, eminus.

ALPHABETICUS - Pro rectâ ſerie Literarum.

ALTARIOLUM - - - - Arula, *Cic.*

ALTERNATIO - *Apulejus* - Viciſſitudo.

AMARE' - - *Cajus* - - Inſuaviter.

AMBIDEXTER - qui lævâ dextrâque æque utitur.

AMPULLOSUS - - - - - Tumidus.

ANAGLYPTICUS - *Sidon.* - Celatus.

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

ANATOME, ES - - - - - - Inciſio.
ANNOTATIO - *Gellius* - notatio, nis, obſervatio.
ANTE DIEM - - - - - - - - - Ante lucem.
ANTERIOR, RIS - - - - - qui eſt ante.
Affertur Cæſaris Lectio; ſed dubia vehementer eſt; nonnulli pro voce Anterior, ris, *dicunt*, Anticus, *ſed hæc vox in uſu eſt vix apud Feſtum.*
APHORISMUS - - - - brevis definitio.
APOLOGIA - - - - - Defenſio.
APPARENTIA, Æ - *Tertull.* - Species.
APPREHENSIO - - Actus apprehendendi.
APTATIO - - - - - Actus aptandi.
APTITUDO, NIS - - habilitas, convenientia.
AQUÆDUCTUS, TUS. *Vulpian.*, *Frontin.* Ductus aquæ.
ARBITRARIE - - - - Arbitrariò.
ASCETERIUM, II - - Cœtus ſacrarum Virginum.
ASPERNABILIS - *Gellius* - Contemnendus.
ASPERNANTER - *Sidonius* - Contemptim.
ASPERNATOR - *Tertull.* - Contemptor.
ASSENTATORIUS - - - - - Adulatorius.
ASSEQUIBILIS - - - - Comparabilis.

AS-

A

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

ASSERTUM, TI - *Martian. Capell.* Aſſertio.
ASSEVERANTER NEGARE, *dic*, Conſtanter negare.
ASSEVERATE. *Gellius.* Aſſeveranter - *Cic.*
ASYLUS, LI - - - - Aſylum, i.
ATRAMENTARIUM - - Vas Atramenti.
ATTESTATIO. *Macrobius*; Teſtimonium, affirmatio.
ATTRECTATIO. *Lampridius.* Attrectatus, tus.
AUCTE. *Apulejus cujus dubia Lectio* - cum Incremento.
AUCTIUS, *cum majori incremento* abundantius.
AVENTER - - *Sidonius* - Cupidè.
AUGMENTATIO - - - Amplificatio.
AUGMENTATOR - - - Amplificator.
AURICULARIS - - ad aures pertinens.
AUTOGRAPHUM - - Chyrographum Auctoris.
AUXILIATRIX - - *Caſſiodorus* - Adjutrix.

B

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
BAJULATIO . - - - -	Geſtatio .
BALBUTIES - - -	Hæſitantia linguæ.
BARBITONSOR - - - -	Tonſor.
BELLIGERATOR - - -	Bellator.
BIBLIOTHECARIUS - -	A Bibliothecis.
BILANX, CIS - - - -	Libra, ræ.
BLANDIDULUS - - - -	Blandus.

BLANDILOQUENS ; *Laberius apud Macrobium* Blandiloquus .

BLANDULE' - - - - -	Blandè .
BLANDULUS - - -	Blandus .
BOTANICUS - - - -	Herbarius.

BRUTUS, TA, TUM, & BRUTA, TORUM, *voces ſunt vitandæ, cum ſine diſcrimine uſurpantur pro quocumque Animali rationis experti.*

Brutum *enim dicitur duntaxat quidquid aut immotum ſit, aut grave, aut ſtultum. Hinc Horat. lib. I. Od.* 34.

Quo bruta tellus, & vaga flumina .

Immota nimirum, gravis, & tarda. Auctor ad Herenn. Fortunam Brutam *vocat; quæ cæca nimirum eſt, & ſtultitiæ pleniſſima.*

Pli-

B

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

Plinius Bruta *vocat* Fulmina, *quod temerè, & ſine ratione cadant; &* Bruta *ea tantum* Animalia, *quibus cor durum rigeat.*

Quare male Brutus *diceretur Elephas, Canis, & animal quodcumque ſagax, in quo quædam, ut ita dicam, ingenii vis inſita a naturâ videatur.*

CAE.

Digitized by Google

C

Voces vitandæ: — *Voces latinæ.*

CAELITUS. *Lactant.* - De Cælo.
Neque ſatis latine videntur ſcribere, qui e Cælo *uſurpant.*

CAESPITO - - - - Dubito, hæſito.

CAESPITATOR - - - - Dubitans.

CALUMNIOSE'. *Aggæus Urbic.* - Fraudulenter, contumelioſè, injurioſè.

CALUMNIOSUS - *Julius Paull.* - Calumniator.

CANUTUS - - - - - - Canus.

CAPTIVATIO - - - - Procuratio.

CARENTIA, Æ - - - - Privatio.

CASEOLUS - - - - Parvus caſeus.

CATENULA - - Catella, æ; parva Catena.

CAVEOLA - - - - Parva cavea.

CAVITAS, TIS - - - - Cavum, i.

CAULESCO - - - - Caulem emitto.

CELEBRITER - - - (cum celebritate.

CELEBRIUS - - - (majore.

CELEBERRIME' - - (maximâ.

CENTUPLUS - - - - Centuplex.

CERTANTER. *Paullin.* - - Certatim.

CERTIOREM REDDERE - Certiorem facere.

C

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
CERTITUDO	Certa rei ratio.
CERTUM EST TE FACTURUM - . *ele gantius diceret:* Certum eſt te facere.	
CERTISSIME' . . .	(Admodum certè.
CERTO CERTIUS. *Apulejus*	(Veriſſimè.
CERVICOSUS	Pervicax.
CHARIS; *in ſingulari caſu, pro* Gratiâ *dic* Charites.	
CHIROGRAPHUS; PHI . .	Chirographum.
Facciolatus exemplum affert Quintiliani lib. 6.; ſed Noltenius ſcribit dubitare ſe, an Chirographus, i, *reperiatur in idoneo auctore.*	
CHIROTHECA, Æ. -	Indumentum manuum.
Cicero dixit, Manica, æ.	
CHRONOLOGIA - -	Temporum deſcriptio.
CHRONOLOGUS - -	Temporum Scriptor.
CIRCULARIS - - - -	Rotundus.
CIRCUMEO, AS - - -	Circumeo, is.
CIRCUMLOCUTIO - *Gellius*, *Arnobius* -	Circuitio, Anfractus.
CIRCUMQUAQUE. *Aurel. Vict.* -	Circumundique.
CIRCUM-ROTO - *Apulejus* - -	In gyrum moveo.
CIRCUMSITUS, A, UM - -	Circumjacens.
CIRCUO, IS - - - -	Circumeo, is.

CLY-

C

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
CLYPEOLUM		Parvus Clypeus.
COACERVATIM	*Apul.*	Acervatim.
COACTE'		Per vim.
COÆTANEUS,	*Portius latro*	(Rectiùs
COÆVUS		(Æqualis.
COALEO, ES		Coaleſco.
Dubia enim eſt Plinii Lectio.		
CODICULUS		Codicillus.
COGITABUNDUS	*Gellius*	Meditans.
COGITAMENTUM		Cogitatio.
COGNOSCIBILIS		Qui poteſt cognoſci, notabilis.
COHABITO		Simul habito.
COLLECTOR		Qui colligit.
COLLIMO, AS		Collineo, as.
Dubiæ enim vehementer ſunt Lectiones Cic. & aliorum.		
COMBUSTIO, NIS	(*Julius Firmius*)	Uſtio, nis.
COMESTIO, NIS		Eſus, ſus.
COMITATIO, NIS		Comitatus, tus.
		Affectatio.
COMITIA, ORUM	*cum pro* Conventu Principum, Nobilium &c.	

Erant enim Comitia *conventus tantum populi.*

COM-

C

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

COMMENDATOR - - *Vopiſcus* - Laudator.

COMMENDATORIUS - *Sidonius* - Commendatitius.

COMMENTATOR - - - Explanator.
Uſus eſt hac voce Apulejus, ſed pro homine mendaci, nunquam pro Explanatore libri alicujus, e. g., *Poëtarum*.

COMMIXTIO, NIS - *Firmicus* - Mixtio.

COMMODITER - - Commodè.

COMMUNITER - - *cum pro* Vulgò, vulgariter. *Apud Ciceronem enim; & Livium, alioſque optimæ notæ ſignificat* promiſcuè, & ſine partitione.

COMPACTOR LIBRORUM (*Legatora de libri*) Librarius Glutinator.
Vox Compactor *barbara eſt; & Cic. dixit*: Librariolis glutinatoribus.

COMPAGINATIO - - Compages.

COMPATIOR - *Tertull.* - Simul patior, miſereor.

COMPENDIOSUS - - Brevis.
Vocem hanc pro brevi Prudentius uſurpavit, pro utili Columella.

COMPETENS - *Vulpianus* - Conveniens.

COMPETENTER - *Prudent.* - Convenienter.

COMPLEX, CIS. *Sidon., Prudent.* Particeps, pis.
Hinc non ſatis latinè quis diceret: Complices ſceleris, *dicendum* Participes ſceleris.

Digitized by Google

C

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

CONCISIM - - - - - Strictè.
CONCOMITANTER - - - - Unà.
CONCOMITANTIA - - Societas, comitatus, tus.
CONCOMITOR, ARIS - - - Comitor.
CONDEMNABILIS. *Palladius.* Accuſabilis, damnandus.
CONDEMNATOR - - - Condemnans.

Tertullianus vocem hanc uſurpavit pro Judice condemnante.

CONDENSATIO - - - - Denſatio, nis.
CONDITIONALIS. *Vulpianus.* Sub aliquâ conditione.
CONDOLEO - alicui, - ſimul cum aliquo doleo. Afficior alicujus caſu.

Verbum enim Condoleo *latinis idem ſignificat ac* doleo.

CONFABULATIO, NIS - *Symmach.* - Colloquium.
CONFIGURATUS - - - - - Conformatus.
CONFLATIO (*dubia Sen. Lectio*) Actus conflandi.
CONFLATOR - - - - Qui conflat.
CONFLICTATIO - *Gellius* - Conflictio.
CONFŒDERATIO - - - Fœdus, eris.
CONFŒDERATUS - - - Fœderatus. *Cic.*
CONFUTATOR - - - - Qui confutat, oppugnator ſententiæ alicujus.

CON-

Digitized by Google

Voces vitandæ — *Voces latinæ*.

CONGESTIM - *Apul.* - Concervatè.
CONGRUE' - *Martian. Capel.* - Congruenter.
CONNATUS, A, UM - - - Simul natus.
CONNEXE' - *Martian. Capel.* - Conjunctim.
CONNUMERO - - - - Adnumero.
Dub. Ovidii Lectio ; Paull. Juriſconſul. dixit
CONSECRATOR. *Tertull. Jul. Firmic.* Qui conſecrat.
CONSECTANEUS - - *Sidon.* - Sectator.
Neque latinè ſatis dixit Arnobius, qui conſectaneum eſt *ſcripſit pro* conſequens eſt, conſequitur.
CONSENTANEE' - *Lactant.* - Convenienter.
CONSEPULTUS - - - - - Simul ſepultus.
Vitandum eſt etiam, uti barbarum verbum Conſepelio.
CONSTRICTE' - *Auguſt.* - Colligatè, conjunctè.
CONTAGES, IS, & CONTAGIUM, II *voces ſunt Poëtis relinquendæ ; apud Hiſtoricos, & Oratores in uſu eſt*, Contagio, onis.
CONTAMINATIO - *Vulpian.* - Commaculatio.
CONTEMPERO - *Apicius* - Tempero, as.
CONTEMPTIBILIS - *Vulpian.* - Contemnendus.
CONTICEO - - - - - Conticeſco.
CONTIGUE' - *Martian. Capell.* - Proximè.

CONTRADICTORIUS - - Adverſarius.
CONTRARIETAS *Macrob.* - Oppoſitio.
CONTROVERTO, TIS - - - Litigo, diſputo.
Priſcianus affert Exemplum Ciceronis, qui hoc ſenſu utitur voce Controverſor, aris.
CONVALEO - - - - - Convaleſco.
CONVALIDO - - - - Confirmo.
COOPEROR - - - - - Simul operor.
COPULATIM - - - - Conjunctè.
COPULATE' *Gellius* - Conjunctè.
CORONATIO - - - - Coronæ impoſitio.
CORRECTE' - - - - - Emendatè.
CORRESPONDEO - - - Reſpondeo.
CORRUPTIBILIS - - Qui poteſt corrumpi; Fragilis, caducus.
COSMOGRAPHIA - *Arnob.* - Mundi deſcriptio.
COSMOGRAPHUS - Qui Mundi regiones deſcribit.
CRAPULOR - - Helluor, crapulæ inſervio.
CRASSITIES - *Apulejus* - Craſſitudo. *Cæſar.*
CRIMINATRIX - - - - Accuſatrix.
CRUMENULA - - - Parva crumena.
CRUOR, ORIS - *cum pro ſanguine in venis; Significat*

G

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

enim ſanguinem effuſum; juxta illud carmen ſatis tritum.

Sanguis ineſt venis, Cruor eſt de ſanguine fuſus.

CULPABILIS - *Apulejus*, *Arnob.* - Accuſabilis.

CURSATIO - *Donatus* - Anhelus curſus, & vagus.

CURVITAS - - Curvamen, Curvatura, Aduncitas.

CYCLUS - - - - - Circulus.

DAM;

D

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

DAMNABILIS - - Damnandus accuſabilis.

DAMNATOR - - - - Qui damnat.

Tertullianus utitur hac voce ad explicandum Judicem damnatorium.

DAMNULUM - - - - Leve damnum.

DAPIFER - - - - Qui dapes fert.

Male nonnulli, ut idem explicent utuntur hac locutione, Menſarius adminiſter. *Nam vox,* Menſarius, *apud Latinos,* Nummularios *tantum ſignificat; quos Itali vocant* Caſſieri, Banchieri.

DARE FIDEM - *cum pro* - Credere.

Significat enim promittere, polliceri, fidem ſuam obligare.

DARE SENTENTIAM - - Ferre ſententiam.

DEAMBULACRUM - *Claud. Mamert.* Ambulacrum.

DECEMPES, DIS - - - Decem pedum.

DECLAMATORIE' - - Declamatorio more.

DECORAMENTUM - *Tertull.* - Decus.

DEDECORAMENTUM - - - Dedecus.

DEDECORATIO - *Tertull.* - Dedecus.

DEDICATOR - *Tertull.* - Qui dedicat.

DEGLUTIO, IS - *Alcim. Avit.* - Glutio.

DELECTIO, NIS - *Vopiſc.* - Electio.

DE-

Digitized by Google

D

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

DELIRIUM, II - - *Celſ.* - Deliratio. *Cic.* Deliramentum. *Plaut.*

DELITEO - - - - - - Deliteſco, is.

Etſi deliteo, *es apud latinos in uſu minimè ſit; ſi cui tamen verbum hoc exciderit imprudenti, tueri ſe poterit Plinii auctoritate, qui uſus eſt Participio* Delitens, tis.

DELUSIO - - - - - - Defraudatio.

DEMERSIO - *Macrob.* - Actio demergendi.

Vocem latinam ſatis huic reſpondentem nullam inveni: Immerſio *enim*, merſio, ſubmerſio *parum latinæ ſunt, & Merſatio barbarum.*

DEMOCRATICUS - Ad gubernationem popularem pertinens.

DENTICULATIM - Ad ſimilitudinem dentium.

DENTICULUS - - *Apul.* *pro* parvo dente.

Hac voce uſus eſt Vitruvius ad ſignificandum ornamentum quoddam ædificiorum denticulatum.

DENUDATIO, NIS - - - Nudatio. *Plin.*

DEPLANO - *Lactant. Veget.* - Complano.

DEPLORABILIS - - - - Lacrimabilis.

DEPLORANDUS - - - - Flebilis.

DEPOSITIO - *Vulpian.* - Dejectio.

DEPRÆDOR, ARIS - *Juſtin.* - Depopulor, prædor.

Digitized by Google

D

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

DEPRÆDATIO - *Lactant.* - Vaſtatio.
DEPRECABILIS - - - - Exorabilis.
DEPRECATORIUS - - Deprecabundus. *Tac.*
DERISIO, NIS - *Arnob.*, *Lactant.* - Irriſio. *Cic.*
DERISORIUS. *Martian. Capell.* - Ludificabilis. *Plaut.*
DESCENDENTES - *cum pro* Nepotibus, poſteriſque.
DESCRIPTOR - *Lactant.* - Scriptor, Explicator.
DESERTUM, I - *ſi ſubſtantivè, ut ajunt Grammatici, uſurpetur in numero ſingulari* - Deſerta, orum. *Virg. Plin.*
DESERO, AS - *Apul.* - Refero, as.
DESIPIO, PIS - *cum pro eo quod minus arridet: id enim ſignificat, quod ad inſaniam accedit.*
DESOLATIO - - - Vaſtatio, Vaſtitas.
DESPECTOR - *Tertull.* - Contemptor.
DESPERATE - *Aug.* - Deſperanter. *Cic.*
DESPICABILIS - *Ammian.* - Contemnendus.
DESPICOR, ARIS - *ſolum in uſu eſt Participium* Deſpicatus, ta, tum.
DESTRUCTOR - *Tertull.*, *& Inſcript. apud Gruterum* - Everſor, Perditor.
DESUEO - - - - Deſueſco.
DETECTIO - *Vulpianus* - Nudatio, Explicatio.

D

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

DETENTIO - *Vulpian.* : Retentio.

DETERMINATIO - - - *cum pro* Decreto.

Significat enim Terminum, & Finem, ut Cicero: Extrema ora, & determinatio Mundi; *& alibi:* Concluſio eſt exitus, & determinatio totius Orationis.

DETRACTIO, *cum ſimpliciter accipitur pro* Obtrectatione, *ac* Maledictione.

Significat enim ablationem, & detractionem rei alienæ.

DETRECTATIO - - - *cum pro* Obtrectatione.

In uſu eſt, cum ſignificat aliquid reſpuere; uti apud Livium: Sine detrectatione convenerunt.

DETRECTATOR - *cum pro* recuſante *dubium eſt, barbarum vero cum pro* Obtrectatore.

DEVASTATIO - - - - - Vaſtatio, depopulatio.

DEVASTATOR - - - - Vaſtator.

DEVASTOR, ARIS - - - Devaſto, depopulor.

DEVECTIO - - - - - - - Deportatio.

DE VERBO AD VERBUM - - Ad verbum.

DEVINCTIO - *Tertull.* - Obligatio.

DEVORATIO - *Tertull.* - Actus avidè vorandi.

Nulla occurrit vox, quæ idem ſignificet, & ſit ſatis latina. Voratio, nis, *vox dubia eſt:* Liguritio

tio, *deſiderium potius, quam actum, ſignificat*; Heluatio *vero morem uſitatum, non actum*.

DEVOTE - - - - Piè, Religioſè.

DIAPHANUS - - - Perlucidus.

DICATOR - - - - Qui dedicat.

DICERE SENTENTIAM - *cum pro* Ferre ſententiam : *ſignificat enim de re alienâ judicium ſuum explicare*.

DICTAMEN RECTÆ RATIONIS ; *dicendum* Ratio inſita in naturâ. *Nam vox* Dictamen *barbara eſt.*

DICTIONARIUM, II - - - Liber Dictionum.

DIDASCALUS - - - - Magiſter. *Cicero hanc vocem Græcè ſcripſit*.

DIDASCALICUS - *Auſon.* Ad Magiſtrum pertinens.

DIFFERENTER - - - Diverſè.

DIFFORMITAS - - - - Diſcrimen.

DIGNANTER - *Vopiſc., Symmach.* - Humaniter.

DILATATIO - *Tertull.* - Extenſio.

DILECTIO - *Tertull.* - - - Amor, Charitas.

DILUCIDATIO - - - Declaratio.

DIRECTIM - *Apul.* - Directè. *Cic.*

DISCEPTATIUNCULA - *Gell.* - Parva diſceptatio.

DISCEPTATOR - - - *cum pro* Diſputatore. *Eum enim ſignificat, qui diſputationi præſit*.

D

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

DISCERE MEMORITER - - Ediſcere.

DISCIPLINATUS - *Tertull.* - Probè inſtructus.

DISCONVENIENS - - Minimè conveniens.

DISCREPANS . - *Solin.* - Diſcors.

DISCRETIO - *Lactant.* - Separatio, diſjunctio.

DISCURSUS - - *cum pro* Ratiocinatione.
Hirtius hâc utitur voce, ſed pro vago curſu. Magno clamore, diſcurſuque paſſim ſe fugæ mandat. *lib. 8. Bell. Gall. cap. 29.*

DISCURRO - *Ammian. Marcell. pro* Diſſero, is.
Dubium eſt etiam nonnullis, cum ſignificat huc illuc curro. *Noltenius in ſuo Lexico Antibarbaro ita ſcribit* : Diſcurrere pro concurſare nuſquam apud claros Auctores invenitur. *Clariſſimus vero Facciolatus hæc habet* : Diſcurro in diverſas partes curro. *Liv. lib. 1. cap. 9.* Juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. *Affert præterea teſtimonium ex Sueton. in Calig. cap. 32.*

DISJUNCTE' - - - (Separatè,

DISJUNCTIM - *Fest. Pomp.* - (Diſtinctè. Cic.

DISPARITAS - - Differentia, Diſſimilitudo.

DISSECTIO - - - Sectio.

DISSERTATIO. *Lectiones Plinii, & A. Gellii dubiæ ſunt* - Tractatio, Commentarium, ii, *vel* Commentarius, ii.

D

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
DISSIMULO - - -	*cum pro*	Simulo.

Tritum eſt enim illud Ovidii carmen

Quod non eſt ſimulo, diſſimuloque quod eſt.

DISSONANTIA, Æ	- *Claud. Mamert.* -	Diſcrepantia.
DISTRIBUTIVUS	- - -	Diſtribuens.
DITIO - - - -	*cum pro*	Regione.
DITIO - - - -	*cum pro*	Poteſtate,

Nunquam invenitur in recto caſu, ut teſtantur Priſcianus, Diomedes, aliique Grammatici.

DITISSIMÈ	- *Apulejus* -	Maximis divitiis.
DIVAGOR	- *Lactantius* -	Vagor, aris.
DIVARICATUS, A, UM	- *Prudent. Ammianus* -	Diſtentus.
DIVERSIMODÈ	- - - -	Diversè.
DIVINATOR	- *Julius Firmic.* -	Hariolus. *Cic.*
DIVISÈ	- - *Gellius* - -	Diſtinctè.
DIVISIBILIS	- - - -	Dividuus.
DIVISIM	- - *Apulejus* -	Separatim.
DIUTURNÈ	- *Sidon.* - -	Diù.

Teſtimonium Ciceronis, quod ſolet afferri, dubium eſt.

DOCILLIMUS	- - - -	Maximè docilis.
DOGMATICUS	- *Auſon.* -	Ad dogma pertinens.

Digitized by Google

D

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

DOLORIFICUS	- -	(Dolorem præferens,
DOLOROSUS	- *Veget.*	(*vel* afferens.
DOMINIUM, II.	- *Sueton.*, *Valer. Max.*, *cum pro*	Imperio.

Cum vero accipitur pro eo, quod Domino ſubjectum eſt, Noltenius aſſerit perperam adhiberi.

DUBIETAS	- *Ammianus*	- Dubitatio.
DUBIUM, II	- *Subſtant.*	- Res dubia.

En tibi verba Facciolati.

DUBIUM, II, n. tanquam ſubſtantivum affertur a Calepino, ſed omnia, quæ adducuntur exempla, adjectivum olent.

Si tibi vox hæc ſuſpecta exciderit, tueri te poteris provocando adverſarium, ut explicet, quod adjectivum oleant exempla optimorum Scriptorum, in quibus utuntur locutione, ſine dubio. *Et ſi* Rem *dicat; pete, ut id veterum Grammaticorum teſtimonio confirmet.*

DUDUM	- - - - *cum pro*	Jampridem.

Significat enim paullo ante.

DULCISONUS	- *Sidon.*	- Dulce ſonans.
DUPLICITAS	- *Lactant.*	- Duplicatio. *Sene.*
DURISSIMÈ	- *Tertull.*	- Acerbiſſimè. *Liv.*
DURIUSCULÈ	- - - -	- Aſperè.

EBUL-

E

Voces vitiatæ.	*Voces latinæ.*
EBULLITIO - - -	Fervor, Bullitus, tus. *Vitruv.*
E' CONTRA - - - - - -	Contra.
E' CONVERSO - - - - - -	E contrario.
EDIBILIS - - - - - -	Eſculentus.
EFFABILIS - *Apul.*, *dubia eſt Lectio Virgilii:*	Verbis explicabilis.
EFFLATIO, NIS - - - -	Flatus, tus.
EFFLOREO - - - - - -	Effloreſco.
EFFLUXUS, US - - -	Effluentia. *Plin.*
EFFORMO, AS - - - - -	Formo, as.
EFFOSSIO - *In Codice Juſtinian.* -	Foſſio. *Cic.*
EFFULGESCO - - -	Effulgeo.
ELANGUEO - - -	Langueo, es.
ELANGUIDUS - - -	Languidus.
ELEEMOSINA - - -	Stips pauperibus data.
ELEGANTULUS - - - - -	Politulus.
ELONGO, AS - *Dubia eſt Plinii Lectio* -	Protraho.
ELUCESCO - - - - -	Eluceo, es.
ELUCIDO - - - - -	Declaro.
ELUCIDUS - - - -	Perſpicuus.
ELUCUBRATIO - - - - -	Lucubratio.
ELUSIO, NIS - - - -	Deceptio, Evitatio.

EMI-

E

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

EMICYCLUS - - - - Semicirculus. *Cic.*

EMINENTER - - *Sidon.* - - - Altè.

ENCOMIUM, II - - - - - Laudatio.

ENERVATIO - - *Arnob.* - - Debilitatio. *Cic.*

EPICEDIUM - - - - Carmen in funere.

EPIDEMICUS - - - - Contagioſus.

EPIGRAPHE, ES - - - - Inſcriptio.

EPOCHA, Æ - - - Certum temporis initium.

ERECTE - *Ammian.* - - - Altè, Rectè.

EREMUS, I, EREMUM, I, - - Locus ſolitarius.

Eremita, tæ, *vox eſt Sulpicii Severi.*

EROGARE PECUNIAM, e. g. in pauperes *cum ſermo eſt de privato homine, qui ex ære privato pecuniam in pauperes diſtribuat, vitandum eſt.*

Erogare *enim* pecuniam *Latini olim tantummodo dicebant de publicis rebus ex ære publico, uti, e. g.* erogare pecuniam ex ærario in Claſſem.

ERUBEO - - - - - - Erubeſco.

ERUBESCENTIA - *Tertull.* - Pudor.

ERUDERO, AS - *Sidon.* - Expurgo, as.

ETHNICUS - - - - Deorum Cultor.

EVACUATIO - - *Tertull.* - Exinanitio. *Plin.*

EVAGINATUS - - - - Vaginâ eductus.

EVA-

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
EVANEO		Evaneſco.
EVECTIO	*Apulejus*	Elatio.
EVIBRO, AS	*Gell.*	Vibro, as.
EUTRAPELIA		Urbanitas.
EVULSI	*Præteritum ab* Evello, lis, *dicendum*	Evelli.
EXACTE'	*Sidon.*	Accuratè.
EXACTIUS	*Gellius*	*Magis* Accuratè.
EXACTISSIME'		Accuratiſſimè.
EXALTATIO	*Tertull.*	Elatio.
EXAMINATOR	*Caſſiodorus*	Inveſtigator.
EXARATIO, NIS		Aratio, *vel* Scriptio.

Vocem hanc pro Aratione *uſurpavit Martianus Capell.* & *pro* Scriptione *Sidonius.*

EXARDEO		Exardeſco.
EXAREO		Exareſco.
EXCIEO, ES		Excio, is.
EXCISOR, ORIS		Everſor. *Cic.*
EXCITATOR	*Prud.*	Excitans, Impulſor.
EXCULTOR	*Tertull.*	Cultor.
EXCUSATIUNCULA		Parva excuſatio.
EXERCITAMENTUM	*Apulejus*	Exercitatio.

EXER-

Digitized by Google

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

EXERCITIUM, II - - *Gellius* - Exercitatio.
EXHIBITIO - *Gellius* - Propoſitio.
EXHORREO, ES - - - Exhorreſco.
EXINDE - - - *cum pro* Ex illâ cauſâ. *Significat enim* Deinde.
EXISTENTIA - - Ratio ob quam exiſtimus.
EXITIOSE' - *Auguſtinus* - Perniciosè.
EXONERATIO - *Vulpianus* - Levatio oneris.
EXPALLEO - - - - - Expalleſco.
EXPERGEFIO - - - E ſomno ſuſcitor.
Hoc verbum ſolum in uſu eſt in ſuo Participio: Expergefactus, ta, tum.
EXPERIMENTATUS - - Probatus, Experiens.
EXPIABILIS - - - Purgabilis.
Lectio enim Ciceronis dubia eſt.
EXPLICITE' - - - - Explicatè.
EXPLORANTER - *Ammian.* - Exploratè. *Cic.*
EXPONERE PERICULIS - Objicere periculis.
EXPORRECTUS - *Prudentius* - Porrectus.
EXPRESSIO - *Pallad. Jun.* - *pro* Imagine.
Vitruvius eminentes expreſſiones *appellat in lapidibus, quæ nos Itali vocamus* Rilievi.
EXSPOLIATOR - - - - Prædator.

E

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
EXTEMPORANEUS - -	Extemporalis. *Quintil.*

Cicero hoc ſenſu ſcribit ex tempore : *& verſus, quos alius quiſpiam extemporales dixiſſet, ipſe vocat* verſus fuſos ex tempore.

EXTENSE' - *Tertull.* -	Diffusè. *Cic.*
EXTENSIO - - - -	Obtentus, tus. *Virgil.*

Vitruvius utitur voce Extentio, nis.

EXTERMINIUM, II - *Tertull.*	Everſio.
	Exitium, ii.
EXTINGUIBILIS - *Lactant.* -	Qui poteſt extingui.
EXTRAORDINARIE' - -	Extra Ordinem.

EXTREMUS LIBER, & EXTREMA EPISTOLA.

Cum uſurpantur pro Epiſtola, aut Libro extremo loco poſito. Significant enim extremam partem Libri, aut Epiſtolæ.

EXTRICABILIS - -	Diſſolubilis, explicabilis.
EXTRINSECE' - - - -	Extrinſecùs.
EXTRINSECUS, A, UM. *Tertull.*	Externus, a, um.
EXTRORSUM - - - -	Extrinſecùs.
EX TUNC - *Apulejus* -	Ex illo, Ex illo tempore.
EXUBERANS - *Gellius* -	Abundans.
Cum pro copioſo -	Undans, tis. *Virg.*

EXU-

E

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
EXUBERANTIA	- *Gell.* -	Exuberatio. Effluentia, æ - *Plinius.*
EXULOR, ARIS	- - - -	Exulo, as.
EXULTABUNDUS	- *Solin.*, *Juſtin.* -	Exultans.

Digitized by Google

F

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*

FACTOR, *cum pro* Effector, Molitor. *Palladius*, & *Lactantius dixerunt*.
Plautus eos, qui in ludo Pilæ Pilam regerunt, & reddunt, Factores *nominat*.

FASCINAMENTUM - *Apul.* - Faſcinatio.

FASCINATOR - - Qui faſcinat; Maleficus.

FEBRILIS, LE - *Apulejus* - Febrim afferens, *vel* habens. Febriculoſus. *Catul.*

FERIOR, ARIS; *excepto Participio in* tus, ta, tum *merito ſuſpectum eſt*.

FERMENTATIO - - Actus fermentandi.

FERVIDE' - *Dubia eſt Lectio Plauti* - Ferventer.

FESTIVITER - *Gell.* - Feſtivè. *Cic.*

FESTIVUS, A, UM - - *cum pro* Feſtus, a, um.
Significat enim lepidum, & facetum; *barbara eſt etiam vox*, Feſtivitas, tis, *cum pro* Feſto die accipitur; *apud latinos enim nihil aliud ſignificat* Feſtivitas, *quam leporem ſermonis*, & *lætitiam quandam, ac venuſtatem morum*.

FIDEJUSSOR - *Donat. Vulpianus* - Sponſor.

FIGMENTUM - *Gellius*, *Lactantius* - Commentum.

FIXE' - - - - - Firmè, Firmiter.

FLAMMIPOTENS - *Arnob.* - Ignipotens.

FLAMMIVOMUS - *Juvenc.* - Flammas vomens.

FLE.

F

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
FLEXIBILITAS	*Solinus* -	Facilitas ad flexum.
FOLIA, ORUM -	*cum pro librorum paginis uſurpatur, vitandum eſt.*	
FORMIDATIO	- *Dubia Lectio Cicer.* -	Formido.
FRIGEFACIO, IS	- - -	Frigidum efficio.
FRIGEFIO, IS	- - -	Frigidos fio.
FRIGERO, AS	- - - -	Refrigero, as.
	Catullus habet	Frigerans.
FRIGIDITAS	- - -	Frigus.
FRIGIDIUSCULE')	-	Aliquantum frigidè.
FRIGIDULE')		
FRUGALIS HOMO	- - -	Homo frugi.

Frugalior, & frugaliſſimus *apud Terentium, & Ciceronem, alioſque optimos Scriptores in uſu ſunt, ſed pro poſitivo* Frugalis, & *hoc* Frugale *dicunt ſemper* Frugi.

FRUSTILLUM -	*Arnob.* -	Parvum fruſtum.
FRUSTRABILIS -	*Arnob.* -	Inanis, vanus.
FRUSTRATOR -	*Tertull.* -	Qui fruſtratur, Ludificator. *Plaut.*
FRUSTULUM -	*Apulejus* -	Parvum fruſtum.
FUCATE' -	*Auſonius* -	Cum fuco. Fictè. *Cic.* Artificiosè. *Cic.*
FULCIMENTUM -	*Solin., Macrob.; Dubia eſt Lectio*	

Digitized by Google

F

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

Lectio Plauti. Fulcimen. *Ovid.* Columen. *Cic.* Suſtentaculum. *Tac.*

Fulgeſco - *Julius Firmic.* - Fulgeo.

FULGOR, OR - - *cum pro* Fulgure.

Dubia Cic. Lectio - Fulgor *enim ferè ſemper apud Latinos* Splendorem *ſignificat*.

FULMINATOR - *Arnob.* - Qui Fulminat, Fulminans. *Malè nonnulli hoc ſenſu dicunt*: Fulgurator, oris. *Antiquis enim* Fulgurator *idem erat, ac Fulgurum inſpector*.

FUNDIBULA, LÆ - - - Funda, dæ.

FUSIM - - - - - - - Fusè.

GAU-

G

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

GAUDIOLUM - - - Parvum gaudium.
GEMMULA, LÆ - *Apulejus* - Parva gemma.
GENEALOGIA. *Meſſala Corvin.* Sermo de generatione.
GENETHLIACON - - Carmen in die natali.
GENULA, LÆ - - - - - Parva gena.
GIBBOSUS - - - Gibberoſus. *Varr.* Gibbus. *Celſ.*
GLOMERATIM. - *Macrob.*, *Auſon.* - Turmatim, Conglobatim.
GLORIABUNDUS - *Gell.* - Ambitioſus.

Vocem Glorioſus *in hac ſignificatione uſurparunt Plautus, Plinius, Corn. Nepos.*

GNARE') - - - - Doctè, peritè.
GNARITER)
GRÆCISMUS - - Græca vox aut Locutio.
GRATIAM AGERE - - Gratiam habere. Gratias agere.
GRATIFICUS - - - Qui gratificatur.
GRATIOSUS, A, UM - *Cum pro eo qui eſt Ingenio feſtivo, & jucundo, Barbarum eſt Noltenio, qui affirmat de eo dici dumtaxat, qui multum apud aliquem gratiâ, & auctoritate valeat.*
Facciolatus vero ſcribit, uſurpari etiam ubi ſermo ſit de jucundo, & grato: & affert verba Plinii lib. 6. cap. 33. Cupreſſus odore violenta, ac ne-

um-

umbrâ quidem gratioſa. *Ex quo tamen Plinii teſtimonio dixerim id tantum probari, vocem gra-* tioſius *de illo dici, non qui jucundus ſit, ſed qui gratum aliquid alicui faciat; quo ſenſu illam etiam uſurpavit Cicero in Bruto, illis verbis:* Scribæ gratioſi ſunt in dando, & cedendo loco.

GRATITUDO - - - - Gratus animus.

GRATULATORIUS, A, UM - Ad Gratulationem pertinens, Gratulabundus.

GRAVAMEN - *Caſſiodor.* - Onus, Moleſtia.

GRAVILOQUENTIA, Æ - Gravitas locutionis.

H

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
HABITACULUM, I	*Gellius*	Habitatio.
HÆDICULUS		Hædulus. *Juvenal.*
		Hædillus, li. *Plaut.*
HÆREDITATEM DIVIDERE, *vel* PARTIRI: HÆREDITATE POTIRI		Hæreditatem cernere, adire, obire.
HASTARIUS MILES.		Haſtatus miles.
HASTILUDIUM		Ludus, qui Haſtis fit.
HEBRAICUS		Hebræus. *Statius.*
		Judæus. *Cic.*, *qui etiam pro* Hebraico *dixit*: Judaicum aurum.
HEBRAICE'	*Lactant.*	Judæorum more.
HEROICE'		Heroum more.
HIATIO, NIS		Hiatus, tus.
HIEROSOLIMITANUS		Hieroſolimarius.
HIRCOCERVUS		Tragelaphus. *Plin.*
HISTORIOGRAPHUS	*Capitol.*	Hiſtoricus.
HISTORIOLA		Brevis, aut parva Hiſtoria.
HISTORIUNCULA		
HOLOSERICUS, A, UM	*Vopiſcus*	Veſtis ex Sericis filis.
HOMOGENEUS		Ejuſdem generis.
HOMOLOGUS, A, UM		Congener.

H

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

HONORIFICENTIA - *Vopiſc.* - Honor.

HORTENSIS - - - - - - Hortenſius.

Vehementer enim dubiæ ſunt omnes Plinii Lectiones, in quibus legitur Hortenſis. *Et Gronovius, aliique Critici optimæ notæ ſemper legunt* Hortenſius.

HOSPITIOLUM - *Vulpianus* - Parvum hoſpitium.

HUMIDITAS, TIS - - - - Humor.

HUMILITAS - *cum pro* Modeſtiâ, & animi demiſſione.

Apud Latinos enim id ſignificat, quod altitudini opponitur; & præterea ignobilitatem, paupertatem &c.

HYDROGRAPHIA - - Aquarum deſcriptio.

HYMNUS, NI - *Prudent.* - Carmen.

HYPERBOLICE' - - - Cum Hyperbolè.

HYPERBOLICUS - Quod per Hyperbolem dicitur.

HYPOTHESIS - - *pro* - Conditione.

Cicero hanc vocem adhibet pro Quæſtione deffinitâ; *ſed Græcis litteris ſemper ſcribit.*

HYPOTHETICE' - - - Sub conditione.

HYPOTHETICUS - - - Sub conditione.

JA-

Digitized by Google

I

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
JACTABUNDUS	*Gellius*	Se ſe Jactans. Glorioſus.
JAMDUDUM	*cum pro*	Longo tempore.

Tunc enim dicendum Jampridem. Jamdudum *enim ſignificat utique poſt aliquot tempus, ſed non longum.*

IDEM EST CUM ILLO		Idem eſt atque illud.
IDIOMA, TIS		Lingua, Dialectus.
IDOLOLATRA, Æ	*Tertull.*	Idolorum cultor.
IDOLOLATRIA	*Tertull.*	Cultus Idolorum.
IGNIBULUM, I		Thuribulum. *Cic.*, & *Liv.*

IGNIVOMUS - *Lactantius, cujus etiam Lectio dubia eſt* - Ignem vomens.

IGNOMINIOSE'	*Arnobius*	Turpiter, Cum vituperatione.
IGNORANTER		Inſcienter. Inſcitè.
ILLAQUEO, AS	*Prudent.*	Illigo, as.
	idem ſignificat	Laqueo captare.

Cicero in hác ſignificatione Irretio, is, *habet tamen* illaqueatus.

ILLATIO, NIS - *Vulpianus* - Introductio. *Cic.* *& in ſignificatione Philoſophis uſitatá* Concluſio, nis.

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
ILLEGITIMUS		Spurius.
ILLIGAMENTUM		Vinculum.
ILLUSOR		Ludificator. *Plaut.*
ILLUSORIUS		Ludificabilis. *Plaut.*
IMMANITER	*Gellius, Amm.*	Vehementer.
	& alterâ ſignificatione	Crudeliter.
IMMEDIATE'		Proximè.
IMMEDIATUS		Proximus.
IMMEDITATE'	*Gellius*	Ex tempore, Ex improviſo, ſine ullâ meditatione.
IMMEDITATUS	*Apul.*	Non meditatus.
IMMERSIO		Actus immergendi.
IMMOBILITAS	*Apul., Lactant.*	Firmitas, Firmitudo.
IMMOBILITER	*Tertull.*	Non mobiliter Firmè.
IMMODERANTIA		Immoderatio. *Cic.*
IMMUTATOR		Mutator. *Lucanus.*
IMPARATE'		Improvidè. *Liv.* Temerè, Imprudenter.
IMPARILITAS	*Gellius*	Differentia.
IMPARITAS		Differentia, Diſſimilitudo.

IMPATIENTIA *parum latinè ſine caſu genitivo uſurpatur, dicendum* Impatientia frigoris, doloris, æſtus &c.

Digitized by Google

I.

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
IMPERFECTE'	*Gellius*	Non abſolutè, præciſè.
IMPIISSIME'		Admodum impiè.
IMPIISSIMUS	*Auſon.*	Maximè impius.
IMPLICATE'		Perplexè, Implicitè.
IMPROPERIUM		Contumelia, obbrobrium, ii.
IMPROVISE'		Improviſò.
Lectio Plauti dubia eſt.		
IMPUBER		Impubes, bis; *vel* Impubes, beris.
Facciolatus aſſerit dici etiam Impuber, *ſed nullum affert exemplum.*		
IMPUDICE'		Impurè, impudenter. *Cic.*
IMPUGNATOR		Oppugnator.
Lectio Livii dubia eſt.		
INACCESSIBILIS		Inacceſſus.
IN AGONE ESSE		Animam agere.
INANIMIS	*Apul.*	Inanimus. *Cic.*
INAUGURATIO	*Tertull.*	Augurium, initium.
INCANTATIO	*Firmic.*, *Tertull.*	Incantamentum.
INCAPAX	*Prudent.*	Haud capax.
		Ineptus, a, um.
INCENSIOR		Magis accenſus.
INCENSISSIMUS		Maximè accenſus.

IN-

I

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
INCENTOR, ORIS		Inſtigator.
INCERTITUDO		Incertum, ti.
INCESSANTER	*Sidonius*	Aſſiduè.
INCIDENTER		Obiter.
INCITATOR	*Prudent.*	Qui incitat: Impulſor. *Cic.*
INCONGRUE'	*Macrob.*	Ineptè.
INCONGRUENTER	*Tertull.*	Non aptè.
INCONGRUUS	*Apulejus*	Incongruens.
INCONSUTILIS		Non ſutilis.
INDESINENTER		Aſſiduè.
INDICULUS, LI		Parvus Index.
INDIGNANTER.	*Arnob.*	Ægrè cum Indignatione.
INDIRECTE'		Obliquè.
INDIVIDUE'		Ratione minimè dividuâ.
INDIVISIBILIS		Individuus.
INDUBITANTER	*Dubia eſt Lectio Plinii*:	Indubitatè, ſine dubitatione.
INDUMENTUM, TI	*Gell.*	Veſtimentum.
INELOQUENS	*Lactant.*	Indiſertus. *Cic.*
INEMENDATUS		Non emendatus.
INEPTIOLA, LÆ	*Auſon.*	Parva ineptia.

INEP-

I

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

INEPTITUDO - *pro* Naturâ, *aut* Indole ineptâ.

Hâc voce uſus eſt Cæcilius, uti apud Nonium legimus; verum ut idem Nonius ſcribit, pro ineptiis, *ac* nugis, *quas* ineptitudines *appellabat*.

INEXPLICATUS - *Arnob.* - Non explicatus. Involutus. *Cic.*

INFALLIBILIS - - - - Certus, verus.

INFANTULUS - *Apulejus* - Parvus Infans.

INFECTIO, NIS - - - - Corruptio, Contagio.

INFESTATIO - *Tertull.* - Vexatio, moleſtia.

INFLICTIO - - - - Impactio. *Sen.*

INFLUXUS STELLARUM, E. G, AUT LUNÆ.

Hac voce Influxus *uſus eſt Firmicus; neque hujus loco ſatis eleganter licet uſurpare vocem* Influxio, nis, *quam adhibuit Macrobius. Veteres Latini in hâc ſignificatione dicebant*: Tactus Lunæ, Stellarum *&c.* Vis a Lunâ, Stellis *&c.*

INFŒCUNDE' - - *Gellius* - Steriliter.

INFRACTUS - - *cum pro* Non fractus.

Virg. Infractos *dixit* latinos *pro* valde fractis. *Cic.* Infracta re *pro* re perditâ. Infractus *pro* invicto *reperitur apud Symmach., & Lectiones Plinii, quæ afferuntur, incertæ planè ſunt*.

INFRENDO, DIS - *Tertull.* - Infrendeo, es.

INGENIOLUM - *Arnob.* - Parvum ingenium.

I

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

INGRATISSIME' - - Admodum ingratè.

INHONESTAS - *Tertull.* - Turpitudo.

INIMICUS - - *cum pro* Publico hoſte.

Eum enim apud Latinos ſignificat, qui privatis odiis alium perſequatur.

INNOCUE' - - - - - Innocenter.

INNOVATIO - *Apulejus* - Novitas, Inſtauratio;

INNOVATOR - - - - - Qui innovat.

Vox Reſtaurator *vix invenitur in Inſcriptione quadam apud Spor.* Novator *eſt Gellii*. Renovator *in Inſcriptione apud Fabrettum*. Inſtaurator *in Inſcriptione apud Reineſ.* Refector *Suet.*

INNOVATUS, TA, TUM - *Min. Felix* - Renovatus, ta, tum.

INNOXIE' - *Vopiſc.* - Innocenter.

INOBEDIENS - - - - - Non obediens.

INOFFICIOSE' - - - - - Inurbanè.

INORDINATIM - *Ammian.* - Inordinatè. *Celſ.* Nullo Ordine, Confusè.

INQUIO - - - - - Inquam, ajo, dico.

INQUITIS - - *Arnob.* - Dicitis.

IRONICUS - - - - - Per Ironiam.

IRREPARABILITER - - Jacturâ irreparabili.

Digitized by Google

I

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

IRRIDERE ALICUI - - Irridere aliquem.
IRRISORIUS - - - - Ludificabilis.
IRRITO - - - Antiquo, Irritum facio.
IRRUGIO, IS - - - - Rugio, is.
INSCIE' - - *Apulejus* - Inſcienter.
INSECUTOR - *Tertull.* - Inſectator.
INSENSIBILIS - *Gellius.* - Inſenſilis. *Lucret.*
INSEPARABILITER - *Macrob.* - Ratione minimè
- - ſeparabili.
INSIGNIUM, II -- -- -- - Inſigne, is.

Hinc in num. plur. dicendum eſt Inſignia, Inſignium, Inſignibus, *non* Inſigniis; *quod poſtremum Nolte-nius affirmat* proſcribendum eſſe damnandumque.

INSIPIDE' - - - - Inſipienter. *Cic.*
INSIPIDUS - - Fatuus, Inſipiens, nullius ſaporis.
INSOLITE' - - - - - Inſolenter.
INSPERATE' - *Valer. Max.* - Ex Inſperato. *Plin.*
INSPERSIO - - *Pallad.* - - Aſperſio.
INSTIGATOR - - *Auſon.* - - Impulſor.
INSTITUTOR, ORIS. *Lamprid.*, *Tertull.* Inventor, Auctor, Doctor, Præceptor.
INTELLECTIO - - *cum pro* Intelligentiâ, *vel* actu Intelligendi.

Intellectio *enim apud Auctorem ad Herenn. eſt figura Rhetoricæ, cum res tota parvâ de parte cognoſcitur, aut de toto pars*.

INTENTATOR - - - Tentator. *Horat.*

INTERCEDO, DIS - *cum pro* deprecari, orare pro aliquo.

Intercedo *enim apud Latinos ſignificat, vel* Interjacere, *vel* eſſe, *vel* opponere ſe, *vel* fide jubere; *nunquam vero* precari.

INTERCUTANEUS - - Intercus, tis. *Cic.*

INTERFECTIO - - - - Occiſio.

Hæc vox dubia eſt apud Grammaticos. Noltenius ita ſcribit: Interfectio Barbarum, latini Occiſio. *At Facciolatus contra hanc vocem ponit inter latinas: & præter teſtimonium Lampridii in Commodo c.* 4. *Affert hæc verba Bruti ad Cic. Epiſt.* 3. Interfectio Trebonii. *Quæ verba in nullâ Bruti Epiſtolâ memini me legere*.

INTERLOCUTORES - - Inter ſe loquentes. Eclogarii. *Cic.*

INTERNE' - - - Intus, interius.

Hac voce uſus eſt Auſonius; cujus tamen dubia eſt Lectio.

INTERPRETATIUNCULA - Brevis Interpretatio.

INTERROGATOR - *Vulpian.* - Qui interrogat.

I

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

INTERTEXERE - - - - - Intexere.
Ovidius uſus eſt Participio Intertextus, ta, tum.

INTREPIDE' ALIQUID FACERE.
Locutio eſt, quam Noltenius novam vocat, & veteribus inuſitatam. Verum Facciolatus teſtimonium affert Livii, qui lib. 26. cap. 4. hæc habet: Poſtquam aſſuetudine Quotidianâ ſatis intrepidè viſum eſt fieri.

INTRINSECE' - - - - - Intrinſecus.

INTRINSECUS, A, UM - Internus, a, um.

INTRO' - - - - - *cum pro* Intus.
Intrò *enim ſignificat motum ad locum,* Intus *ferè ſemper moram in loco.*

INTUMEO - - - - - Intumeſco.

INVARIABILIS - - - - Immutabilis.

INVASOR - *Aurel. Victor.* - Qui invadit, Occupator.

INVENUSTE' - *Gellius* - Illepidè.

INVERECUNDIA - *Tertull.* - Impudentia.

INVIDE' - - - - - Invidioſè. *Cic.*

INVIOLABILITER - - - - Inviolatè.

INVOLUNTARIUS - - - Non voluntarius.

INVOLUTE' - - *Spartian.* - - Obſcurè.

IPSISSIMUS - *Vox eſt, quam nonnulli tanti faciunt, ut nihil prope latinè ſcribant, quin eam*

Digitized by Google

ſemel atque iterum uſurpent : Porro ii noverint illam inter antiquos Scriptores Plautum unum adhibuiſſe per Jocum , atque id ſemel in Trinum : Act. 4. Sc. 11. en illius verba : S. Eho ! quæſo , an tu is es? *C.* Is enimvero ſum. *S.* Ain' tu tandem ? is ipſuſne es? *C.* Ajo. *S.* Ipſus es? *C.* Ipſus , inquam , Charmides ſum . *S.* Ergo ipſuſne es? *C.* Ipſiſſimus : abi hinc ab oculis.

IRRISORIUS, A, UM - - Ludificabilis.

JUGITER - - *Apulejus* - Aſſiduè.

Dubia eſt Plauti Lectio.

JUGULATOR - - - - Interfector.

JURAMENTUM - - - Jusjurandum.

Dubia eſt Senecæ Lectio.

JUREMERITO - - - Jure, ac merito.

JURISDICTIO - - *cum pro* Loco, Regione, & poteſtate.

Noltenius enim apertè affirmat Juriſdictionem nihil planè ex his omnibus ſignificare; ſed juris dumtaxat ipſius adminiſtrationem, quâ decernitur, quid cuique jure dandum ſit , quid non : Verum Facciolatus ſcribit interdum ipſa loca, in quibus juriſdictio exercetur hoc nomine appellari ; & affert teſtimonium Plinii lib. 5. cap. 28. Sed prius Mediterraneas Juriſdictiones indicaſſe conveniat.

JUSSOR - - Qui jubet. Imperator, Auctor.

I

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
JUXTA - - - -	*cum pro* Secundum.

Significat enim prope, ut juxta viam, juxta Ædem ſacram. *Quâ de re, ſine optimi Scriptoris auctoritate aliqua, minimè uſurpandæ ſunt locutiones illæ apud nonnullos frequentes adeo:* Juxta Horatium, Juxta Plinium *&c. Quæ vix teſtimonio Solini, & Nazarii poſſis confirmare.*

Digitized by Google

L

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

LABILIS - *Arnob.* - - Labidus. *Vitruv.*

Hinc malè quis diceret Labili memoriâ eſſe, *pro* Memoriâ vacillare.

LABIOLUM, LI - - - Labellum, li.

LACERATOR, ORIS - Qui lacerat, Contritor. *Plaut.*

LACERNULA - *Arnob.* - - Parva Lacerna.

LACONICE' - - - - Paucis, breviter.

LACUNA, Æ - - - *cum pro* Lacu.

Vocem hanc inter vitandas poſui propter auctoritatem Noltenii, qui ita ſcribit: Lacuna pro lacu mihi valde ſuſpectum; quamlibet multi Eruditorum hodie eâ notione uſurpent. Lacuna enim, quantum ſcio, apud Ciceronem, & alios Latinitatis Auctores nil ſignificat aliud, quam Foſſam, Indigentiam, Inopiam, Vacuitatem. *Cæterum non planè probes Sententiam Noltenii, ſi Facciolatum legeris, qui,* Lacuna eſt, *inquit*, aquæ collectio, vel foſſa, in quâ aqua collecta ſtare conſuevit, a *lacus*: Varr. lib. 11. & Feſt. Virg. 1. Georgicor.

Unde cavæ tepido ſudant humore Lacunæ.

Patet præterea Lacunas non eſſe dumtaxat foſſas aqua vacuas ex Virg. 3. Georg.

Et totæ ſolidam in glaciem vertere Lacunæ.

LAETABUNDUS - *Gellius* - Lætus.

Digitized by Google

L

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
LAETANTER	*Lampridius.*	Lætè.
LANIATOR, ORIS		Lanius, ii.
LANIENA	*Prudent.*	*pro* Cædè.

Apud Latinos enim eſt Macellum.

LANIO, NIS		Lanius, ii.
LATINIOR, LATINISSIMUS		*pro* Magis, & maximè latino *voces ſunt D. Hieronymi, & Auguſt.*
LATINISSIME'		Maximè latinè.
LAVACRUM	*Gellius*	Balneum.
LEXICON		Liber Vocum, & Dictionum.
LICENTIOSE'		Licenter. *Cic.*
LINEA		*cum pro* Verſu, *ſeu* Verſiculo.

Linea, æ, *ſignificat filum ad captandos hamo piſces; & filum, quo Fabri materiam ſignant: transfertur etiam ad alia ſignificanda, ſed nunquam ad verſus librorum.*

LINEOLA, LÆ	*Gellius*	Parva Linea.
LIPSANA, NORUM		Reliquiæ.

Pro reliquiis mortuorum hác voce Reliquiæ *uſus eſt Suetonius.*

LIQUATIO	*Vopiſcus*	(Solutio.
LIQUEFACTIO		(
LITIGOR, ARIS		Litigo, as. *Cic.*

LI-

L

Voces vitandæ.	*Voces latinæ;*
LITURGIA - - -	Functio ſacri muneris.
LOGICA, CÆ - - -	Logice, es, Logica, orum.
LONGANIMIS - - - -	Patiens.
LONGANIMITAS - - - -	Patientia.
LONGANIMITER - - - -	Patienter.
LONGIUSCULE' - - *Sidon.* -	Longulè.
LUCIDULUS - - -	Aliquantulum Lucidus.
LUCUBRATIUNCULA - -	Lucubratio brevis.

Uſus eſt hac voce Gellius in Præfatione.

LUDIFICUS - - - -	Ludificabilis.
LURIDE' - - - - - -	Obſcurè.
LURIDUS - - *cum pro*	Fœdo, Lutoſo.

Significat enim aliquid ſupramodum Pallidum - *Ovid.* Pallor Luridus, Lurida ſulphura.

LUSCULUS - - -	Aliquantum Luſcus.
LUSITANICUS - - - -	Luſitanus.

MA-

Digitized by Google

M

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

MACHINULA - - *Feſtus* - - Parva Machina.
MAGISTELLUS - - Parvus Magiſter, Græculus.
MAGISTRALIS - - Ad Magiſtrum pertinens.
MALE SE HABERE - *pro* - Incommodâ valetudine uti.

Significat enim malè torquere ſe.

Terent. Hoc malè habet virum
vexat *nimirum* torquet.

Malè habere *abſolutè ſine ſe, locutio eſt latina infirmum ſignificans; ut* bene habere *eſt bene valere.*

MALIGNOR, ARIS - - Maligne ago.
MALIGNO, AS - *Ammian.* - Invidiam alicui creo.
MANUDUCO, IS - - Duco manu.
MANUDUCTIO - - - Ductus, *vel* Ductio, quæ manu fit.
MARGINALIS - - - Ad marginem poſitus.
MATERNA LINGUA - - - Sermone patrio.
MECHANEMA, TIS - *Sidon.* - Artificium *vel* opus manufactum. *Cic.*
MECHANICUS, A, UM. *Lamprid. Jul. Firmic.* Fabrilis.
MEDELA, LÆ - *Gell.* - Medicina, næ.
MEDIATE - - Medio aliquo interpoſito.
MEDIATOR - *Tertull.* - Conciliator.

M

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

MEDITABUNDE' - - - - Cogitatè.
Meditantis in morem.
MEDITABUNDUS. - *Juſtin.* - Meditans.
MEDIUS, A, UM - *cum pro* Dimidius, a, um.
In hâc ſignificatione uſus eſt Capitolinus; apud Latinos optimæ notæ id ſignificat, quod eſt in medio, & ab extremis æqualiter diſtat.
MENDA, DÆ - *cum pro* Mendum, di.
Menda *enim maculam ſignificat.* Mendum *vero errorem præſertim Scripturæ.*
MENOLOGIUM - Liber, in quo Menſium ratio.
MEPHITICUS ODOR - Tetra Mephitis. *Virg.*
Vox Mephiticus *in uſu eſt apud Sidonium.*
MERIDIALIS - *dubia Lectio Gellii.*
MERIDIONALIS - - - Meridianus.
METAPHORICUS. - - - Translatus.
METAPHORICE' - - Per Translationem.
METHODUS - - - Ratio, Via, Ordo.
METITUS SUM - *Vulpian.* - Menſus, ſum.
METONYMICUS, A, UM, &
METONYMICE' *adverb.*, per figuram, *vel* Tropum Metonymiæ.
MICROCOSMUS - - - Parvus Mundus.

MO-

M

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

MOLENDINUM - - - - Mola, læ.
MONOCULUS - *Julius Firmic.* - Unoculus.
MORBUS FIT MAJOR - - - Morbus ingraveſcit.

Morbus *enim* major *apud Celſum pro eo morbo accipitur, qui Comitialis vulgo, ſeu Caducus appellatur.*

MULTIFLUUS - *Juvenc.* - Copioſus.
MULTISSIMUS - - - Perquam multus.

Uſurpavit hanc vocem Petrus Bembus, quem nimirum decepit corruptus Ciceronis locus in editione Aſcenſii.

MULTOTIES - - - - Sæpè.

Invenitur hæc vox in Epitome Livii.

MUNDIALIS - *Tertull.* - Mundanus. *Cic.*
MURÆNA, Æ - - - - Torques.
MURÆNULA, LÆ - - - Parvus Torques.
MUSCITATIO - - - Murmur, Rumor.

Apulejus uſus eſt hâc voce pro canum venaticorum murmure.

MUTUO DARE, SUMERE, ROGARE - *pro* Mutuum dare, *vel* ſumere, *vel* rogare.

Mutuo *enim* dare *&c. ſignificat* viciſſim dare, accipere, *&c. nunquam vero* commodare, *&* mutuari.

Digitized by Google

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

tuari. *Exemplum Juſtini, quod ſolet afferri, accipi commodè poteſt in caſu Dat.*

MYTHOLOGIA - - - Sermo de Fabulis.
MYTHOLOGUS - - - Scriptor Fabularum.

Digitized by Google

N

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

NATIVITAS, TIS - *Vulpian.* - Ortus, tus.

Hæc vox invenitur etiam in quâdam Inſcriptione apud Gruterum. Verum qui latinè velit ſcribere hanc vocem vitet, præſertim cum uſurpatur pro natali, *vel* die natali.

NAUFRAGOR, ARIS - Naufragium facio.

NAUTICA, Æ - - - Ars navigandi.

NECESSITO, AS - - Adigo, is, Cogo, is.

NEC OPINANTER - Inopinanter, Nec opinato. *Cic., Liv.*

Vox Opinanter *barbara eſt.*

NEGATIVUS - *Cajus* - Negans.

NEGLECTE' - - - - - Negligenter.

NEGLIGENTISSIMUS - - Perquam negligens.

NEOTERICUS, A, UM - *Aurel. Vict.* - Junior.

Vocem Junior *in hâc ſignificatione hoc loco poſui, quia apud Columellam ſubſtantivè accipitur. Vox* Recentior *in uſu non eſt,* Innovator *barbara,* Novator *Gellii.* Novus ac recens Scriptor, Auctor, Philoſophus &c.

NEPOS, TIS - *cum pro* Filio fratris, *aut* Sororis.

Nepos ex fratre *ſignificat* Nepotem Fratris; *& quod Itali dicunt* Nipote *Latinis eſt* Filius Fratris, Sororis Filius. *Cæterum* Nepos *apud Latinos ſignificat eum, qui ex filio, vel filia natus ſit. Ali-*

quando

quando etiam poſteri vocantur Nepotes; *&* Nepotes *appellantur etiam* Prodigi: *Teſtimonium, quod affertur ex Ovidio*:

Cæſar, ab Ænea qui tibi fratre Nepos.

Intelligendum eſt ita, ut Poëta Cæſarem Cupidinis Nepotem dicat, quia ab Ænea Cupidinis fratre originem ducebat.

NEPOTOR, ARIS - - Congræco. *Plautus.* Græcor, ris. *Horat.*

Teſtimonium Senecæ pro voce Nepotor *dubium eſt.*

NIGREDO - - - Nigror. *Cic. ex Pacuv.* Nigritudo. *Plin.* Nigrities. *Celſ.*

NIMBIFER - - - - Nimboſus.

Dubium eſt exemplum ex Ovidio, apud quem complurimi legunt non Nimbifer, *ſed* Nubifer.

NIVIFER - - - - Nivoſus.

NONINGENTI - - - Nongenti.

NOSCIBILIS - Qui poteſt cognoſci, Notabilis.

NOSOCOMIUM Hoſpitium ægrotantium. Valetudinarium. *Senec.*

NOTORIE' - - - Palam, Apertè.

NOTORIUS, A, UM - *Paulus* - Notus.

NOVENDECIM - - - - Undeviginti.

NOVENDIUM, DII - Spatium novem dierum.

NU-

N

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

NUBILOSUS, A, UM - *Apulejus* - Nubilus, a, um.

NUDITAS, TIS - - - Nudatio. *Plin.*

Hâc voce uſus eſt Quintilianus, ſed pro rerum inopiâ.

NUGAMENTA - *Apulejus* - Nugæ.

NULLATENUS - *Martian. Capell.* - Neutiquam. Nullo modo.

NULLIBI - - - - - Nuſquam.

Incerta vehementer eſt Lectio Vitruvii Nullibi exſtantes.

NULLIMODE' - - - Nullo-modo.

Vitanda eſt etiam vox Nullimodis, *uti barbara; quam vocem inventi ſunt, qui fingerent Lucretium imitantes, qui ſcripſit* Omnimodis.

NULLUS, & NEMO - *cum pro* Neuter.

Cum enim ſermo eſt de duobus, ut, E. g. Pompejus, *&* Cæſar pugnant, nemo vincit; *malè tunc uſurpatur* nemo, *vel* nullus, *dicendum* Neuter.

NUMERATOR - *Auguſt.* - Ratiocinator. *Cic.*

NUNCIATOR - *Arnob. Vulpian.* - Nuncius.

NUNQUÆ - *fœm.* - - - Nunqua.

NUSPIAM - - - - - Nuſquam.

Teſtimonium Gellii pro voce Nuſpiam *incertum eſt.*

OB-

O

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

OBBLATTERO, AS - - - - Blattero.

OBDUREO - - - - Durus fio, Obdureſco.

OBJECTUM, TI - - - - Scopus, pi.

Abſolutè enim ſumpta hæc vox ſignificat Objectum, crimen, *& ferè ſemper uſurpatur in numero multitudinis*: Objecta, orum.

OBLATIO, ONIS - *Auſon.* - Actus offerendi, Donum, Munus.

OBLITERATOR - *Tertull.* - Everſor, qui rem aliquam Obliterat.

OBSEQUENTER - *Apulejus* - Obedienter. *Plinius ſcripſit*: Obſequentiſſimè.

OBSERVARE LEGES, *cum pro* Legibus Obtemperare.

Noltenius Locutionem hanc inter vitandas poſuit. En ejus verba: Obſervare leges non eſt omnino illud ipſum, quod obtemperare, parere, aut ſtare legibus; ſed animadvertere, notare, cuſtodire, ac velut in oculis habere.

Facciolatus vero hæc habet: Obſervare leges, *h. e.*, cuſtodire (*oſſervare le leggi*) *Cic.* pro domo ſua: ſic obſervare fœdus ictum. *Sil. lib.* 17.

OBSTACULUM - - - Impedimentum.

Lectio Plauti incerta planè eſt.

OBSTIPO, PAS - - - - Obturo, ras.

OBSTUPEO - - - - - Obſtupeſco.

OB-

O

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
OBTENEBRO, AS	- *Lactant.* -	Obſcuro, ras.
OBTRECTOR, ARIS	- -	Obtrecto, as.
OCCIPUT	- - *Auſon.* - -	Occipitium.
OCTENNIS	- *Ammian.* -	Octo annorum.
OCTIDUANUS	- - - -	Octo dierum.
OCTIDUUM	- - -	Spatium octo dierum.
OCULARIS	- *Vegetius* -	Ad oculos pertinens.
ODIBILIS	- *Lamprid.* -	Odioſus, odio dignus.
OECONOMUS	- - -	Diſpenſator. *Cic.*
OECUMENICUS	- - -	Univerſalis.
OFFENSOR	- - - - -	Violator.

OFFICINA, Æ - *cum pro loco, ubi aliquid non fit, ſed venditur.*

Officina *enim latinè ea dicitur, in quâ opus fit;* Taberna, *ubi illud venale proſtat: Svetonius ſemel uſurpavit pro* Tabernâ, Officinam.

OMISSIO, NIS	- - - - -	Prætermiſſio. *Cic.*
OMNICOLOR	- - - -	Omnis coloris.
OMNIMODE'	- - - -	Omnimodis.

Lectio Lucretii dubia eſt.

OMNIPOTENTIA. *Macrob.* Potentia rerum omnium.

OPEM DARE ALICUI, *latini ferè ſemper* - Opem ferre alicui.

O

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
OPERATOR, RIS.	*Jul. Firmic.*	Effector, Molitor. *Cic.*
OPERATRIX -	*Tertull.* -	Effetrix. *Cic.*
OPERULA, LÆ - -	*Arnob. Apul.* -	Opella, læ.
OPINANTER - -	- - -	Opinatò. *Cic.*
OPITULATIO -	*Vulpianus* -	Auxilium, ii.

ORATOR - *cum pro Deprecatore, qui aliquid petat. Oratores enim latinis erant, qui cauſas agebant, aut legati munere fungebantur.*

ORETENUS - *cum pro* Memoriter, Verbis, In Sermone.

Oretenus *enim apud Tacitum, alioſque, ſignificat* uſque ad os.

ORIENTALIS -	*Juſtin. Pallad.*	Ad Orientem pertinens.
ORIFICIUM, CII	- - - -	Os, oris.
ORPHANUS	- - - -	Orbus Patre.
OSCITABUNDUS.	*Sidon. In Titulo Gellii* -	Oſcitans.
OSCITANTIA, Æ	- - -	Oſcitatio, onis.

PA-

Digitized by Google

P

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
PACIFICE' - - -	Placatè, Tranquillè.
PALMULA - *cum pro* Parvâ manu *Apulejus uſurpavit.* Palmula *apud Virgilium ſignificat extremam remi partem, & apud Varronem* Fructum Palmæ.	
PALPABILIS - - - -	Tactilis. *Lucret.*
PANNULUS, LI - *Apulejus* -	Panniculus. *Celſus.*
PARAGRAPHON, & PARAGRAPHUS - -	Pars Quæſtionis.
PARALOGISMUS - -	Captioſa ratiocinatio.
PARAPHRASIS - -	Amplior Interpretatio.
PARITAS - *Arnobius* -	Comparatio, æqualitas.
PARTIALIS - - - -	Partem continens.
PARTICULARIS - *Apulejus* -	Singularis, Præcipuus.
PARTITIM - - - - -	Partitè. *Cic.*
PASSIBILIS - *Arnobius* -	Patibilis.
PASSIO, NIS - *Corn. Gallus, Prudent.* -	Perpeſſio.
PAUCUS, A, UM - *in numero ſingulari non invenitur niſi apud Hyginum* Pauculus *vox barbara.*	
PECUS, CUDIS - *fœmin. generis in nominativo, & vocativo caſu vitandum eſt.*	
PELLICEUS - - - - -	Pellitus.
PENETRATIO - *Apulejus* -	Actus penetrandi.

Digitized by Google

Inſinuationem *dicerem, quæ vox eſt Ciceronis, ſed apud illum eſt figura Rhetorica.*

PENITE' - - - - - - Penitus.

Dubia eſt Lectio Catulli.

PENITISSIME' - *Sidonius* - Penitus omnino.

PERALBUS - *Apulejus* - Valdè albus.

PERASTUTUS - - - Valdè aſtutus.

PERBLANDE' - *Macrob.* - Maximè blandè.

PERCOPIOSE' - *Sidon.* - Copioſiſſimè, Pleniſſimè.

PERCULSIO, NIS - - - Percuſſio.

PERCUPIDE' - - - - Avidiſſimè.

PERDULCIS - - - - Perquam dulcis *legitur in quâdam Inſcriptione apud Reineſium.*

PEREGREGIUS - Optimus, Perquam egregius.

PERFOCO, AS - - - Præfoco, as.

affertur pro hâc voce teſtimonium ex lege quartâ Paulli, ſed dubium eſt.

PERHAURIO - *Tertull. Apulejus* - Exhaurio.

PERHORREO - - - Perhorreſco.

PERINDIGNUS - *Sidonius* - Perquam indignus.

PERIPHERIA - - - Circumferentia.

PERJURATIO - - - - Perjurium.

Barbara eſt etiam vox Pejeratio.

PER-

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

PERLECTIO - - - - - Diligens Lectio.

PERMIXTIM - - *Prudentius* - Permixtè. *Cic.*

PEROPTO - - - - - - Percupio. *Terent.*

Memini me legere in quodam vocum latinarum Indice hanc vocem, tanquam ex Cornel. Nepote deromptam; quam tamen in Nepote minimè inveni; & fortaſſe Auctorem Indicis decepit vox Præoptare, *quâ Nepos utitur in vitâ Attici.*

PERPENDICULARIS - Quod eſt ad perpendiculum.

PERPETRATIO - *Tertull.* - Patratio. *Vellejus.*

PERPLEXITAS - *Ammian.* - Ambiguitas.

PERPLURES - - - - - Complurimi.

Dubia eſt Lectio Plinii.

PERTINET AD ME - *cum dicitur in eâ ſignificatione, ut poſſeſſionem ſignificet; Noltenius enim affirmat dici minus latinè. Facciolatus tamen aſſerit verbum* Pertinere *ſignificare etiam Dominio cujuſpiam ſubjectum eſſe, & affert teſtimonium ex Q. Curt. lib.* 10. *cap.* 7. Affectaverant nihil ad ipſos pertinens regnum.

PER TRANSENNAM - *cum pro* In Tranſcurſu, obiter, prætereundo.

Tranſenna *enim apud Latinos ſignificat* Retia, Funem, Cancellos; *& quamquam affertur teſtimonium ex Cicerone; illud tamen vehementer dubium eſt.*

PER-

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

PERSECUTOR - *Capitolin.* - - Inſectator.

PERSPICACIA, & PERSPICACITAS - Acumen.

Lectiones Ciceronis, in quibus nonnulli haſce voces legunt, dubiæ ſunt.

PERSPICACISSIME' - - - - Acutiſſimè.

PERSPICACISSIMUS - - Valdè Perſpicax.

PERSPICACITER - - - - Acutè.

PERSPICILLUM - - Specula, *aut* Vitrum, *quod ad viſum acutiorem reddendum oculis adhibemus Ital.* Occhiale.

PERSUASOR - - - - - - Inſuaſor.

PERTIMEO - - - - - Pertimeſco.

PERTIMIDUS - - - Perquam timidus.

PERTINGO, GIS - *cum pro* Pertinet, ebat.

Vox Pertingo *eſt Plinii, & ſignificat* pervenire. *Hinc non ſatis latinè diceres,* hoc nihil ad me pertingit; *dicendum cum Cicerone*: Pertinet.

PERTURBATOR - - - Turbator. *Livius.*

PERTURBIDUS - *Vopiſcus* - Turbidiſſimus.

PERVASIO - - - - - - Invaſio.

PERVENUSTUS - *Sidonius* - Venuſtiſſimus.

PERVICACITAS - - - - Pervicacia.

PERVOLO, PERVIS, PERVELLES, *& reliqua hu-*

jus

jus verbi tempora in uſu non ſunt, præter hæc tria: Pervelim, Pervellem, Pervelle. *In teſtimonio ex Planto, ubi legunt nonnulli* Pervolunt, *alii rectiùs legunt*, Quod volunt.

PERURBANE' - *Sidonius* - Valdè urbanè.

PERVULGATE' - *Gellius* - Uſitato more

PETITIUNCULA - - - Brevis Petitio.

PETO, TIS - *cum duobus accuſativis non invenitur.*

PHÆNOMENA, ORUM - *Lactantius* - Apparentiæ, rerum ſpecies.

PHALERO, AS - - - Phaleris ornare.

PHARMACUM, I - *Gellius, Cajus* - Medicamentum.

PHILOSOPHICE' - *Lactant.* - Sapienter, more Philoſophi.

PHRASIS, SIS - *cum pro* Brevi locutione.

Hæc vox in uſu eſt apud Quintilianum, qui eam uſurpat pro ſtilo, & elocutione, atque ornatu Orationis.

PICTORIUS, A, UM - - *vox eſt Tertulliani*; *Hinc non ſatis latinè dicunt nonnulli*, Pictoria ars: *dicendum* Pictura, æ, Ars pingendi.

PIGMENTATUS - *Tertull.* - Pigmentis Ornatus.

PIGREDO, DINIS - - (Pigritia, æ;
PIGRITIES, EI - - (Deſſidia, æ;
PIGRITUDO, NIS - - (Inertia.

PI-

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

PILEUM IMPONERE CAPITI - *cum pro* Caput operire.

Pileus *enim apud Romanos erat libertatis ſignum*: *&* imponere alicui Pileum *erat* aliquem ad libertatem vocare.

PINGUEDO, DINIS - *Dubia Plin. Lectio*: Pinguitudo.

PISCATIO - *Vulpianus* - Piſcatus, tus.

PNEUMA, TIS - - - - Spiritus.

POLARIS, RE - - Ad Polum pertinens.

POLEMICUS, A, UM - - Contentioſus.

POLITICE' - - - Urbanè, *vel* Artificioſè.

POLITULE' - - - - Politè.

POMPOSE' - *Sidonius* - Magnificè.

POMPOSUS - *Sidonius* - Superbus, Magnificus.

PORUS, RI - - *cum pro* Meatus, tus.

Dubia eſt Lectio Plinii, quæ ſolet afferri pro hâc voce in hâc ſignificatione acceptâ; apud illum enim Porus, ri *eſt genus lapidis*.

POROSUS, A, UM - - Spongioſus. *Plin.*

PORRECTE' - *Ammian.* - Extensè.

PORTIUNCULA, LÆ - *Vulpian.* - Particula, læ.

POSTULATOR - - - - Petitor.

Pro hâc voce affertur teſtimonium Suetonii; quod tamen dubium eſt.

Digitized by Google

Voces vitandæ. *Voces latinæ*.

POTABILIS *Auſonius* Liquidus.

POTATOR *cum pro* Putatore vitium. *Eum enim dumtaxat ſignificat, qui potationibus indulgeat*.

PRÆCISE *cum pro* totidem verbis, unicè, tantùm: *multis inter Grammaticos ſuſpectam eſt. Verum, etſi* præcisè dicere *latinis idem ſit, ac* præcidere verba *quoddammodo* & amputare, *aliquando tamen aliud etiam videtur ſignificare: ut in Ep. Cic. ad Attic. lib.* 8. *cap.* 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negavi, quam hic mihi. *Quem locum Facciolatus ita intelligit, ut* Præcisè *ſignificet* durè: *Quidni, ajo ego, illud* præcisè negavi, *ſignificet*: Negavi verbis breviſſimis, ſine ullâ verborum circuitione; *quæ explicatio illis favet, quibus imprudentibus hæc, aut his ſimilia fortaſſe exciderint*: Hæc præcisè dixit; Hæc præcisè fecit. *Quæ Scioppio, Cellario, & Noltenio barbara videntur*.

PRÆCISIO *cum pro* Parſimonia.

Apud Vitruvium ſignificat actum præcidendi.

PRÆCISUS, A, UM *cum pro* Merus.

ut *Eng.* hæc ſunt præciſa Ciceronis verba? *locutio barbara eſt*.

PRÆCOGNOSCO Ante cognoſco.

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

PRÆDICATUM, & PRÆDICAMENTUM *voces ſunt a loquis hominibus barbaris temporibus inventæ ad explicandum appoſitum alicujus rei, aut proprietatem.*

PRÆDOCEO, ES - *Prudentius* - Ante doceo.

PRÆEMINENTIA - *Claud. Mamert.* Eminentia.

PRÆFATIUNCULA, LÆ - Brevis Præfatio.

PRÆJUDICIUM - *cum pro* Damno, *vel* Jactura. *Vulpianus dixit: Neminem inveni, qui vocem hanc pro* Opinione præjudicata *uſurpet: Præjudicium apud Latinos id ſignificat; quod ante judicium ſtatutum ſit; & aliquando rem aliquam, ex quâ de re aliquâ judicium ferri poſſit.*

PRÆMIATOR - *cum pro eo, qui præmium alicui impertiatur.*
Præmiator *vox eſt a Nævio uſurpata, apud quem* Prædonem *ſignificat.*

PRÆMITTO - *cum pro* Ante dico, prædico.
Significat enim tantum aliquid ante mittere, *ut* Præmittere milites, ſervos *&c.*

PRÆPROPERO - - - Adpropero.

PRÆSENTATIO - - - Propoſitio.

PRÆSERVO, AS - - - Servo, as.

PRÆSIDENS - *Tertullian.* - Præſes, ſidis.

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

PRÆSUL, LIS - *Capitolin.* - Præſes ſacrorum.

Hæc vox legitur etiam in aliquibus Ciceronis editionibus, ſed Lectio dubia eſt.

PRÆSUMO, IS - *cum pro ſibi* aſſumere, *vel* audere.

Præſumo *enim ſignificat* ante ſumere; *Plin.* Præſumere Farinam: *Virg.* Spe præſumite bellum.

PRÆSUMPTIO - *cum pro* Audaciâ, & Confidentiâ.

Significat enim Anticipationem *apud Plinium. Apud Quintil.* Figuram Rhetoricam. *Apud Cic.* Primam Syllogiſmi Propoſitionem.

PRÆSUPPONO - - - Ante ſuppono, *vel* Pro certo ſtatuo.

PRÆTERITIO - *Codex* - Prætermiſſio. *Cic.*

PRÆTERNATURALIS - - Præter naturam.

PRANDIOLUM - - - Parvum Prandium, Menſula, læ. *Plaut.*

PRAXIS, XIS - - - Uſus, Conſuetudo.

PRECABUNDUS - *Pacatus* - Supplex.

PRESSIM - - - - Preſsè.

PRIMAS, TIS - *Apulejus* - Primarius, Princeps.

PRIVATE' - - - - Privatim.

Lectio Ciceronis pro hâc voce dubia eſt.

PRODITRIX - *Lactant.* - Quæ prodit.

PROFANATIO - *Dubia Plinii Lectio* - Violatio.

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
PROFANATOR	- - - - - - -	Violator.
PROFANE'	- - -	Minimè religioſè, impiè.
PROFICUUS	- - - - -	Utilis.
PROFUNDITAS	- *Macrob. Vopiſcus* -	Altitudo, Profundum.
PROFUSOR	- *Tertull.* -	Prodigus, Nepos.
PROGYMNASMA	- -	Præexercitamentum

Priſcianus dixit; Proluſio *latini*.

PROJECTE'	- *Tertullian.* -	Abjectè. *Cic.*
PROLIXE'	- *cum pro*	longo temporis intervallo.

Hinc non ſatis latinè dicunt nonnulli. Prolixè dicere, Prolixè vivere. *Hoc eſt*, ad longum tempus. Prolixè *enim ſignificat* liberaliter, lautè, largè.

PROLIXITAS	- - - -	Longitudo.
PROLIXIUS	- - - *cum pro*	Longiùs.

Prolixius *vox eſt apud Svetonium uſitata*; *& ſignificat* cumulatius, uberius.

PROLIXUS, A, UM	- *cum pro*	Longo.

Significat enim aliquid Longum, *&* Latum, Copioſum, Abundans, *&* Liberale. *Hinc* Prolixus capillus. *Terent.* Prolixa barba. *Virg.* Facere animo prolixo. *Cic.* Natura prolixa. *Cic.*

PROMANO, AS	- - - -	Permano, as.

Uſus ſum olim hâc voce in Præfatione, quam ſcripſi

ante

P

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
ante Librum operâ meâ editum, cujus titulus eſt: Orationes quinque ſelectæ: *Verum gratiam habeo maximam V. Cl.* Hieronymo Lagomarſino, *qui me humaniter per Epiſtolam admonuit, vocem hanc ſuſpectam eſſe, ac vehementer dubitandum de teſtimonio Senecæ, quod pro illâ nonnulli afferunt.*		
PROMISCEO	*Macrob.*	Permiſceo.
PROMPTIM	*Tertullianus*	Alacriter.
PROMPTITUDO	-	Alacritas.
PROMULGATOR LEGIS	-	Lator legis.
PRONE'	*Ammianus*	Inclinatè.
PROREX	-	Vices Regis gerens.
PROTECTOR	*Tertull.*	Patronus, Defenſor.
PROTERVIA	*Auſon.*	Protervitas. *Cic.*
PROTOTYPUS	-	Archetypus, Exemplar.
PUDIBUNDE'	-	Verecundè.
PURGAMENTUM	*cum pro*	Purgatione.
Significat enim Sordes, *uti apud Livium*: Receptaculum omnium purgamentorum Urbis.		
PURGATE'	*Nonius*	Purè, Emendatè.
PURITAS SERMONIS	-	Proprietas Sermonis.
Puritas *vocabulum eſt; quo primus* Palladius *uſus eſt; Idque* Noltenius *ipſe confirmat; Licet in Inſcriptione Indicis ſui illud uſurpet.*		
PUTIDIUSCULUS	-	Putidulus.
Dubia eſt Lectio Ciceronis.		

QUA-

Digitized by Google

Q

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

QUADRANGULUM - - - Quadratum.

Plinius nominat Figuram Quadrangulam.

QUADRIENNIS - - Annorum quatuor.

Dubia eſt Lectio L. Flori.

QUADRIFORMIS - Quatuor habens formas.

QUADRIMEMBRIS - Quatuor habens membra.

QUÆSITIO, NIS - - - - Inquiſitio.

Dubia eſt Lectio Plauti.

QUANDOQUE - - *cum pro* Interdum.

Etſi hoc vocabulum minimè pro ſuſpecto habendum cenſeo, tamen non omittendum illud exiſtimavi propter lites Grammaticorum. Andreas Borrichius aliique affirmant uſurpari poſſe quandoque *pro* interdum. *Noltenius, aliique optimæ notæ id negant, & tritum illud Horatii de arte Poëtica v. 359.*

Indignor Quandoque bonus dormitat Homerus.

Ita explicant, ut ſenſus ſit: Indignor quandocunque bonus dormitat Homerus.

Certè Facciolatus affert exemplum Senecæ lib. 1. quæſt. Nat. cap. 1. Quandoque igitur fiunt Trabes, quandoque Clypei. *Quo loco, cur non ſignificet* interdum, *non video.*

QUANTOCIUS - *Sulpit. Sever.* - Quamprimum.

QUOTUPLEX - - - - Quotus.

RA-

R

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
RANULA, LÆ - - -	Parva Rana.
RAUCITAS, NIS - - -	Ravis. *Plaut.*
- -	Raucedo, nis. *Plinius*.
REACTIO - - - - - -	Actio reciproca.
REAGO - - - - - -	Viciſſim ago.
RECLINIS - - -	Reclivis.
RECTANGULUS - -	Angulos habens rectos.
REDARGUTIO - - - -	Refutatio.
REDARGUTOR - - - - - -	Refutator.
REDDERE ALIQUEM CERTIOREM -	Facere aliquem certiorem.
REDDITIO - -	Reſtitutio, actus reddendi.
REDDITOR, ORIS - - -	Reſtitutor.
REFARCIO, CIS - - -	Refercio.
REFLEXE' - - - - -	Obliquè.
REFLEXIM - *Apulejus* -	Non directè.
REFLEXIO, NIS - *Apulejus* -	Converſio.
REFORMATIO, NIS - *Apulejus* -	Inſtauratio.
REFLOREO - - - -	Refloreſco.
REFLUXUS, US - - -	Refluus motus, Regreſſus, us.

Hinc barbara locutio eſt Refluxus Maris, *pro quâ Plinius dixit* Mare refluum.

RE-

R

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
REFRIGEO		Refrigeſco.
REFRIGERIUM		Refectio.
REFULGESCO		Refulgeo.
REGRESSIO, NIS		Regreſſus, us.
REITERO, AS	*Apulejus.*	Repeto.
REMINISCENTIA	*Tertull.*	Memoria, Recordatio.
REMOTISSIME'		Longiſſimè.
REMUNERATOR	*Tertull.*	Qui remuneratur.
RENITEO, ES		Renideo, es.
Dubia eſt Lectio Plinii.		
REPARATIO, NIS		Inſtauratio.
REPENSUS	*cum pro*	Remuneratus.
Latinè enim id tantum ſignificat, quod iterum eſt emptum.		
REPENTINE'	*Lactantius*	Repentinò.
REPREHENSIBILIS		Accuſabilis.
REPROBATIO	*Tertull.*	Rejectio.
REPROBUS		Improbus.
REPULSIO, NIS		Rejectio, Repulſus, Repulſa, æ,
& hoc poſtremum uſurpandum, ubi agatur de repulsâ a Magiſtratu aliquo, vel ab honore.		
RESECATUS, A, UM		Reſectus.
RESTAURATIO	*Julianus*	Inſtauratio.

R

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

RESTAURATOR - - - Inſtaurator, Reſtitutor, Reformator.

Hæc vox Reſtaurator *legitur in quâdam Inſcriptione apud Spor.*

RESTRICTIM - *Afranius dixit apud Nonium, elegantius* Reſtrictè *cum Cicerone.*

RESURRECTIO - *Tertull.* - Reditus in Vitam.

RETICESCO - - - - - Reticeo.

RETIOLUM - *Apulejus* - Reticulum.

RETRACTO - - - *cum pro* Recanto. Palinodiam Cano, dictum, aut factum revoco.

Nonnullis ſuſpectum eſt; verum hâc voce uſus eſt in hâc ſignificatione Trajanus Imp. in quâdam Epiſtolâ ad Plinium.

RETRIBUTIO, NIS - *Sidon. Lactant.* - Merces.

REVELO, LAS - *Tertullian.* - Detego. *Ovidius ſcripſit* Revelatus.

REVERTO, TIS - *non eſt in uſu, niſi in præter. Tempore; in aliis dicendum* Revertor, Redeo.

REVOCARE IN MEMORIAM - - - - - *Locutio eſt nonnullis ſuſpecta. Aptius videtur*, Redigere in memoriam.

REVOLUTIO - - - - Converſio. *Hinc malè ſcribunt, qui* Converſiones orbium Cœleſtium Revolutiones Aſtrorum *nominant.*

R

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

RIGIDE' - - - *cum pro* Preſsè, ſtrictè.
Significat enim Horridè, Aſperè.
RIGOROSE' - - - - Strictè, Severè.
ROBUSTE' - - - - - Nervosè.
ROGATUS, TUS - *Latina vox eſt dumtaxat in caſu Ablat.*, ut Rogatu tuo *&c.*
ROGO EX TE - - - Rogo te, a te.
RUDITAS - *Apulejus* - Aſperitas, Imperitia.
RUMOR - - - - *cum pro* Fragore.
Significat enim Sermonem, Famam, Plauſum.

S

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
SACRILEGE'	*Tertull.*	Impiè.
SAEPE SAEPIUS		Perſæpè, Sæpiſſimè.
SAEVITAS, TIS	*Prudent.*	Sævitia.
SAEVITIES, EI	*Apulejus*	Immanitas, Sævitia.
SALICETUM		Salictum.
SALSEDO, NIS		Salſitudo.
SALTATIUNCULA	*Vopiſcus*	Parva ſaltatio.
SAPIDE'	*Apulejus*	Salsè, cum ſapore aliquo.
SAPIDUS	*Apulejus*	Gratum habens ſaporem.
SATELLITIUM, II		Turba ſatellitum.
SATIABILIS		(Qui ſaturari
SATURABILIS		(poteſt.
SATYRICE'		More Satyrorum.
SCALA, LÆ	*Cajus*	Scalæ, arum.
SCAMNULUM	*Diomedes*	Parvum ſcamnum.
SCANDALUM, LI		Offendiculum.
SCANDERE VERSUS		Metiri verſus.
SCELESTISSIME'		Sceleratiſſimè.
SCHISMA, TIS	*Tertull.*	Seceſſio, Sciſſura.
SCHISMATICUS		Diviſus, Diſſentiens.
SCIENTER FECIT		Prudens, & ſciens fecit.

Vocabulum ſcienter *invenitur apud Plinium in hâc ſignificatione, ut reſpondeat Ital.* a poſta.

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
SCISSIO, NIS	*Macrobius*	Hiatus, Sciſſura.
SCITATOR, ORIS.	*Ammian.*	Percontator, Petitor.
SCOMMA, TIS		Cavillum, li.
SCRINIOLUM		Parvum Scrinium. Arcula, læ. *Cic.*
SCRIPTIUNCULA		Parva Scriptio.
SCRUTINIUM, II	*Apulejus*	Inveſtigatio.
SECRETE'	*Tertullianus*	Clam.
SECRETIM	*Ammianus*	Secretò.
SECTATIO		Affectatio.
SECUNDO'	*cum pro*	Iterum. *La ſeconda volta.*

Apud Latinos Secundò *reſpondet ferè ſemper particulæ:* Primùm.

SECUNDUM QUID		Quâdam ex parte.
SEDATOR	*Arnobius*	Conciliator pacis, Pacificator.

SEDUCO, CIS - *cum pro* Decipio, in errorem Induco. Seduco *enim ſignificat* ſeorſum ducere.

SEJUNCTE', & SEJUNCTIM		Separatim.
SEMINEX	*nunquam uſurpatur in recto caſu*	Semimortuus.
SEMOTE'	*Plin. Valerianus*	Separatim. Semotis Arbitris.

SE.

S

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

SENIOR FIO - - - - - - - Ætate procedo.

SENSATIO, NIS - - - - - - - Senſus, us.

Senſifer motus *apud Lucretium*.

SEORSIM - - - - - Seorſum.

SEPARATE' - - - - - - - Separatim.

SERULA, LÆ - - - - - - Parva Sera.

Hæc vox tribuitur cuidam Hygino, qui a nonnullis inter auctores ætatis Aureæ numeratur; verum hic Auctor ad æneam ætatem eſt rejiciendus.

SIGNACULUM, LI - *Tertullian.* - Signum.

SIGNANTER - - *Auſonius* - - De Induſtriâ.

A. Gellius dixit Signatè, *ſed rectiùs dicitur*, Expreſsè, data operâ.

SILENTER - - *Juvencus* - - Tacitè.

SIMULANTER - - *Apulejus* - - Simulatè.

SINGULARITAS - *Tertull.* - Ratio peculiaris.

SINUAMEN - *Prudentius* - Curvatio.

SINUATIO - - - - - Plicatura. *Plin.*

SOLÆCUM, I - *Gellius* - Vitium Grammaticale, *quod Quintilianus* Solæciſmum *appellavit*.

SOLEMNITAS - *Gellius* - Solemne Feſtum. Celebritas.

SOLIDE' - - - - *cum pro* - Firmè *A. Gellius dixit; ſed Latinis idem eſt ac* Omnino, Integrè. *Hinc Plautus:* Solidè ſcio.

SO-

S

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
SOLITARIE'	- - -	Remotis arbitris.
SOLITARIO'	- - - - - -	Sine Socio.
SOLUBILIS	- *Prudent. Ammian.* -	Explicabilis.
SOLUTOR	- *Tertullianus* -	Qui pretium perſolvit.
SOMNOLENTIA	- *Sidonius* -	Sopor, Veternus.
SONORE'	- - *Gellius* - -	Cum ſonitu.
SPATIOLUM	- *Palladius* -	Parvum ſpatium.
SPECIATIM	- -	Particulatim, *vel* Separatim.

Dubia eſt Lectio Ciceronis pro hâc voce Speciatim.

SPINULA, LÆ	- *Arnobius* -	Parva Spina.
SPIRITUALIS	- -	Ad Spiritum pertinens.

Solinus in hâc ſignificatione dixit Spiritalis; *Quæ vox etiam in uſu eſt apud Vitruvium, qui machinam, quæ Spiritu impulſa ſonum edebat*, Spiritalem *nominavit*.

SPONTANEE'	- - - -	Ultrò, Spontè.
STAMNUM, NI	- - -	Stannum, ni.
STATUTUM, TI	- - -	Lex, Decretum.
STEMMA, TIS	- *cum pro*	Gentilitiis Inſignibus.

Significat enim latinè aut Coronam, aut Seriem Majorum.

STERNUTATIO	- *Apulejus* -	Sternutamentum.
STRATAGEMA, TIS	- -	Strategema. *Cic.*

STRE-

S

Voces vitandæ. | *Voces latinæ.*

STREPERUS, A, RUM - - Stridulus.

STROFA, Æ - *cum pro certo verſiculorum numero, & ordine.*

Significat enim apud Latinos Verſutiam, Cunctationem, *atque etiam* Vincula, *quibus remi ad ſcalmos alligantur.*

STROPHIUM, II - *cum pro* Lintheolo.

Significat enim Coronam, aut Faſciam.

STUDIO - *cum pro* Deditâ operâ, de induſtriâ.

Facciolatus hanc vocem inter Latinas collocat: Nam, Studio, *inquit*, in ſexto caſu ſignificat de induſtriâ, datâ operâ (a poſta) Cic. pro Sex. Roſcio: ut omnes intelligant me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere. *Hic tamen locus Ciceronis non videtur ſatis ad rem idoneus: Verba enim illa* ſtudio accuſare *ita poſſunt, imo debent intelligi, ut ſenſus ſit,* cupidè accuſare, cupiditate aliquâ me ad id impellente.

STUPENDUS - - - - Admirabilis.

STUPOR - - - *cum pro* Admiratione.

Stupor *enim Latinis eſt alienatio quædam mentis, quæ hebetes reddit ſenſus.*

SUBALTERNUS - - - - Secundus.

SUBDITI ALICUJUS - - Subditi alicui.

SUBLUCIDUS - *Apulejus* - Sublustris.

SUBODOROR, ARIS - *Ammianus* - Odoror.

SUB-

SUBRUSTICE' -	*Gellius* -	Aliquantulum ruſticè, modo ſubruſtico.
SUCCESSIVE' -	- -	Sine intervallo, *vel* progreſſu temporis.
SUCCINCTE' -	*Ammianus* -	Paucis, *vel*
SUCCINCTIM -	*Claud. Mamert.* -	Breviter.
SUDARIOLUM -	*Apulejus* -	Lintheolum.
SUFFICIENTER -	*Vulpianus, Palladius* -	Satis.
SUINUS, A, UM -	- -	Suillus, a, um. *Varronis Lectio dubia eſt.*
SUMMITAS -	*Palladius, Macrobius* -	Vertex.
SUPERABUNDO, DAS -	- -	Redundo, das. *Uſi ſunt hac voce Vulpianus, & Macrobius.*
SUPERFLUE' -	*Martian. Capell.* -	Abundè, *vel* Inaniter.
SUPERSCRIPTIO -	- -	Inſcriptio.
SUPERVACANEE' -	- -	Non neceſſariò.
SUPPLICATOR -	*Prudentius* -	Petitor.
SUPPLICANTER -	*Sedulius* -	Suppliciter.
SUPPONO -	*cum pro*	Pono, id mihi concedi volo. *Significat enim* ſubmittere, ſubſtituere, ſubjicere.
SUPPUDENS -	- -	Pudens. Suppudet, ebat *eſt in uſu, verum hujus verbi participium in* ens *nunquam legi.*

S

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

SUPPUTATOR . *Firmicus* - - Ratiocinator.
SUPREME' - - *Priſcianus* - - Noviſſimè.
SUSCITATOR - *Tertullianus* - Excitator.
SUSURRATIO - - - - - Suſurrus, ri.
SYLLABUS, BI - - - - - - Index.
SYNODUS, DI - - - Conventus, tus.
SYNONYMUS - Ejuſdem nominis, *vel* Significationis.
Vox Agnomen *aliquando idem ſignificare poterit.*
SYNOPSIS - - - - Compendium.
Lectio Vulpiani dubia eſt.
SYNTAXIS - - - - Ordo, Compoſitio.
Cicero hanc vocem uſurpat, ſed nunquam non Græcis Litteris.
SYSTEMA, TIS - - - - Conſtructio.

T

Voces vitandæ. *Voces latinæ.*

TABEFACIO - - - - - Corrumpo.
TABEFIO - - - - - Tabeo.
TAEDIOSE' - - *Apulejus* - Moleſtè.
TANGIBILIS - *Lactantius* - Tactilis, Tractabilis.
TELESCOPIUM - - - - - Tubus ſpeculatorius, *habens vitra iatus ad conſpiciendum diſpoſita.*
TEMERARIO' - - - - - Temerè.
TEMERARIE' - - *Tertullianus* - Temerè.
TEMNO, NIS - *Vox dubia eſt apud Oratores, Poëtis relinquenda*: Contemno.
TENACISSIME' - *Apulejus* - Perquam tenaciter.
TENACIUS - *Macrobius* - Magis tenaciter.
TEPIDITAS - - - - - Tepor, oris.
TERCENTI - - - - - Trecenti. *Lectiones, quæ pro hâc voce ſolent afferri, dubiæ ſunt. Martialis dixit* Tercenteni.
TERMINUS - - - *cum pro* Vocabulo. *Latinis enim eſt aut Limes, aut Finis, aut Deus Terminus.*
TERREFACIO - Terrorem affero, Incutio. Terrifico. *Virg. & Lucr.*
TERRIBILITER - *Arnobius* - Horrendè.
TERRICULAMENTUM - - Terriculum. *Vox eſt Apuleji, & Sidonii.*

TER-

T

Voces vitandæ. — *Voces latinæ.*

TERRIGENUS - *Tertullianus* - Terrigena.

TEXTUS, TUS - *Ammianus* - *pro* verbis alicujus auctoris.

Significat enim latinè Texturam, aut opus texendo perfectum.

THRENUS, NI - - - - - - - Lamentatio.

TINCTOR, ORIS - - - - - - Infector. *Cic.* Tingens. *Plin.*

TITILLAMENTUM - *Fulgentius* - Titillatio.

TONDO, DIS - - - - - - Tondeo, des.

TOPARCHA, Æ - *Spartianus* - Regionis Præfectus.

TOPOGRAPHIA - - - Loci Deſcriptio.

TORNATILIS - - - - - Tornatus, *vel* Quod Torno poliri poteſt.

TORNATOR - *Firmicus* - Artifex, qui tornat. *Vox* Tornitor *barbara eſt.*

TORTUOSE - *Tertullianus* - Tortè. *Lucr.*

TOTALITER - *Lactantius* - Omnino.

TRADO, DIS - - *cum pro* Prodo, dis.

Significat enim dare, dedere, narrare *&c. nunquam* Prodere.

TRADUCERE - - *cum pro* Vertere Latinè.

Licet enim alia multa apud Latinos veteres ſignificet, in hâc tamen notione nunquam apud eos in-

venitur. Idem etiam dicendum de voce Traductio, *cum uſurpatur pro actione, quâ latinè aliquid vertimus.*

TRANSFORMATIO - - Transfiguratio.

Dubia Senecæ Lectio; apud Ovidium Metamorphoſis.

TRANSGREDIOR - - - *cum pro* Violo.

Significat enim tranſire, ſuperare.

TRANSGRESSIO - - *cum pro* Violatione.

Significat enim Tranſitum, *& apud Rhetores eſt* Tropus *hujus nominis.*

TRANSGRESSOR - - - - Violator.

TRANSLATE' - - - Per Translationem.

TRANSMIGRATIO - - - - Tranſgreſſio.

TRANSPOSITIO - - - - Translatio.

TRANSVERSUM - - - Tranſversè.

TRANSVERSIM - - - *Tertullianus dixit; & Plinii Lectio dubia eſt.*

TRANSVERTO - In obliquum verto, *vel* perverto.

Hâc voce uſi ſunt Firmicus, & Arnobius.

TRIBULATIO - - - Anguſtia, Ægritudo.

Uſi ſunt hâc voce Tertullianus, & Julius Firmicus.

TRIDUANUS - *Apulejus* - Trium dierum.

TRIUMPHATOR - *Apulejus* - Qui Triumphum agit.

Sveto-

T

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*

Suetonius, & Vell. Paterculus uſi ſunt locutione, Triumphalis Vir.

TROPHÆUM, I	- - -	Tropæum, i.
TUGURIOLUM	- *Apulejus* -	Parvum Tugurium.
TUMIDE'	- - - - -	Superbè.

Lectiones Plauti, & Senecæ, quæ ſolent afferri, dubiæ ſunt.

TUMULTUARIE'	- *Ammianus* -	Tumultuosè;
TUMULTUARIO'	- - -	(*vel*
TUMULTUATIM	- *Sidonius*	(Feſtinanter
TUNC TEMPORIS	- -	Per illa tempora.

Hâc locutione uſus eſt Juſtinus.

TURBIDULUS	- *Prudentius* -	Aliquantulum turbidus.
TUTATOR	- *Apulejus* -	Tutor, *vel* Defenſor, Propugnator.
TYPOGRAPHIA	- - -	Officina Libraria.
TYPOGRAPHICA ARS	- -	Ars Libraria.
TYPOGRAPHUS, I	- - -	Librarius.

Hæ tres voces vitandæ ſunt, niſi Græcis litteris ſcribantur; Quod, cum res hujuſmodi novæ exiſterent, Latinos olim feciſſe non ignoramus. Cæterum non video, cur uti non poſſimus his vocibus Officina Libraria, Ars Libraria, Librarius, *quin confugiendum ſit aut ad Græcas voces, aut ad*

alias

alias barbaras, uti ſunt Ars Impreſſoria, Impreſſor *&c. Apud Latinos veteres, qui ſcriptiones ſtylo in libris incidebant,* Librarii *vocabantur, & eorum Ars, atque Officina* Libraria: *cur nos iiſdem nominibus non appellemus eos, & Artem, atque Officinam eorum, qui idem Typis æneis præſtant?*

VA-

Digitized by Google

V

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
VACUE'	*Arnobius*	Inaniter.
VAFRITIES, EI		Calliditas.
		Vafritia, æ, *Seneca dixit.*
VAGABUNDUS		Vagus.
Dubia eſt Senecæ Lectio.		
VALIDITAS	*Apulejus*	Vis, potentia.
VALOR		Virtus, *vel* Pretium.

Hæc vox in nullâ ſignificatione eſt uſurpanda. Non deſunt enim his temporibus, qui negent eam pro Virtute poſſe accipi; ſed pro Pretio concedant. Lectio Plinii, quæ pro eâ affertur, ignota eſt.

VANE'	*Tertullianus*	Futiliter, Inaniter.
VANISSIME'		Valdè inaniter.
VANEO, ES		Vaneſco.
VENENOSUS		Venenifer. *Ovid.*
		Venenatus. *Plin.*
Lectio Plinii dubia eſt.		
VERACITER		Verè.
VEREDARIUS		Nuntius publicus.
Hæc vox eſt apud Sidonium, & Jul. Firmicum.		
VERIDICE'	*Ammianus*	Verè.
VERILOQUUS	*Hieronymus*	Veridicus.
VEROSIMILIS		Veriſimilis.

VER-

V

Voces vitandæ.	*Voces latinæ.*
VERSIO, ONIS - -	Quod latinè vertimus.
VERTERE IN LATINUM -	Vertere latinè. *aut* vertere *tantum: ut Cic. dixit in lib.* 2. *Tuſ. quæſt.* Verti enim multa de Græcis.
VEXILLIFER - *Prudentius* -	Vexillarius.
VICE VERSA - -	Verſa vice, *quod tamen Apulejus dumtaxat; & Gellius uſurparunt. Rectius dices* Contra, contrariâ ratione.
VIGILATE' - *Gellius* -	Vigilanter.
VILEO, ES - *Avienus* -	Vileſco.
VINDICATIO - -	*cum pro* Aſſertione, *vel* Defenſione. *Apud Ciceronem enim, alioſque* Vindictam *tantummodo ſignificat.*
VIRULENTIA - - - - -	Virus.
VIS - *in caſu genitivo numeri ſingularis ſuſpectum vehementer.*	
VISCIDUS - - - -	Tenax, Glutinoſus.
VISIBILIS - - -	*cum pro* Aſpectabilis. *Plinius uſus eſt hâc voce, ſed ad id ſignificandum,* quod videre poteſt, *non* quod videri poteſt. *En illius verba:* Oculi enim viſibilem animi partem accipiunt. *Ideſt, quæ apta eſt ad videndum.*
VISITATIO - *Tertullianus* -	*pro* Actu viſitandi. *Uſus eſt etiam Vitruvius hâc voce, ſed* actum *ſignificans, quo quis ſe viſibilem reddit.*

VI.

V

Voces vitandæ.		*Voces Latinæ.*
VITIABILIS	*Prudentius*	Violabilis.
VITUPERIUM		Vituperatio.
Dubia eſt Lectio Ciceronis.		
VIVIDE'	*Gellius*	Fortiter.
VIVIDIUS		Fortiùs.
VIX ADHUC		Vixdum.
ULLATENUS		Ullo pacto.
ULLIBI		Aliquo loco.
ULLIMODE'		Ullo modo.
UNANIMITER	*Vopiſcus*	Concordibus animis, uno animo, Uniter. *Lucr.*
UNA VICE		Vice ſimplici, ſemel.
UNCINUS	*Apulejus*, *Pallad.*	Uncus, i.
UNDEQUAQUE		Undecumque.
UNIFORMIS	*Macrob.*, *Apulejus*	Uniuſmodi.
UNIFORMITER		Eodem modo, ſimiliter.
UNIGENITUS	*Tertullianus*	Unicus natus. Unigena, næ.

UNIO, ONIS. *Fœmin. generis* prò Conjunctione *Tertullianus uſurpat: Verum optimis latinitatis auctoribus* Unio *maſculini generis eſt, & ſignificat* Margaritam.

UNIO, NIS	*Tertullianus*	Conjungo, gis.
UNITAS		*cum pro numero unius.*

Significat enim conjunctionem, convenientiam.

Q UNI-

V

Voces vitandæ.		*Voces latinæ.*
UNIVERSALITER	*Cajus*	Universè.
UNIVERSIM	*Gellius*	Generatim.
UNUM EX ALIO		Aliud ex alio.
VOCATIO, NIS *Lectio Catulli dubia eſt.*		Invitatio. Vocatus, tûs.
VOCEM EXTOLLERE		Intendere vocem. Vociferari.
VOCIFERATOR		Clamator.
VOLITIO, NIS		Voluntas.
VOLUNTARIE' *Dubia eſt Lectio Cæſaris.*	*Apulejus*	Sponte.
VOLUNTARIO' *Dubia eſt Livii Lectio.*		Voluntate meâ, *vel* ſuâ *&c.*
VORACITER		Avidè, cum vehementi voracitate.
VORATIO *Dubia eſt Lectio Catulli. Vox* Helluatio *a Cicerone uſurpata interdum accipi poterit pro hâc voce*		Actus vorandi.
VORATOR		Helluo.
VOX CRASSA		Vox gravis.
VOX TENUIS		Vox acuta.
USTULATIO		Uſtio, onis.
USURPATOR	*Ammianus*	Injuſtus Occupator.
UTILLIMUS		Perutilis, Utiliſſimus.

X

XENODOCHIUM		Hoſpitium, ii.

LATINI
SCRIPTORES
IN SUAS ÆTATES
DISTRIBUTI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ÆTAS AUREA.

Horum non exſtant niſi fragmenta.
- LIVIUS ANDRONICUS.
- C. NÆVIUS.
- STATIUS CŒCILIUS.
- Q. ENNIUS.
- M. PACUVIUS.
- L. ATTIUS.

Ætas Aurea initium ducit a bello II. Punico; & pertinet ad extremos uſque Auguſti annos. Nimirum ab anno Urbis conditæ DXIV. ad annum DCCLVII., qui eſt a Chriſto nato XIV. Primus hujus ætatis Scriptor eſt Livius cognomento Andronicus, de quo ſæpe mentionem facit Cicero. Fuit Poëta Comicus, & primam Fabulam dedit anno U. C. DXIV. a quo incipit Aurea ætas.

Horum non exſtant niſi fragmenta.
- C. LUCILLIUS.
- SEX. TURPILIUS.
- L. AFRANIUS.
- L. CORNELIUS SISENNA.

Hos inter antiqnos primoſque Aureæ ætatis Scriptores *Noltenius* nominat Attilium quendam mihi planè ignotum.

Hi omnes Auctores locum obtinent illi quidem inter Scriptores Aureæ ætatis, ſed potius ob antiquitatem, quam ob elegantiam. Summa in illis eſt ſententiarum gravitas, ſed in quâ ſæpè verborum cultum deſideres.

P. NI-

Digitized by Google

ÆTAS AUREA.

Horum non exſtant niſi fragmenta.	P. NIGIDIUS FIGULUS. C. DECIUS LABERIUS. VERRIUS FLACCUS. P. SYRUS. M. ACCIUS PLAUTUS. M. TERENTIUS AFER. M. PORTIUS CATO. T. LUCRETIUS CARUS. C. VALERIUS CATULLUS. C. JULIUS CÆSAR. CORNELIUS NEPOS. M. TULLIUS CICERO. SEX. AURELIUS PROPERTIUS. S. SALLUSTIUS CRISPUS. M. TERENTIUS VARO. ALBIUS TIBULLUS. PUB. VIRGILIUS MARO.

Decius Laberius, & *Pub. Syrus* fuerunt Poëtæ, qui temporibus Cæſaris *Mimos* ſcripſerunt, quorum ſuperſunt fragmenta:

T. LIVIUS.
M. MANILIUS.
M. VITRUVIUS.
P. OVIDIUS.
HORATIUS FLACCUS.
PEDO ALBINOVANUS.
GRATIUS FALISCUS.

T. PHÆ-

Digitized by Google

ÆTAS AUREA.

T. PHÆDRUS.
C. CORNIFICIUS.
AULUS HIRTIUS, vel
OPPIUS, quorum alteruter Cæſaris commentarios ſupplevit.
P. CORNELIUS SEVERUS.

Eruditi tribuunt *C. Cornificio* Libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium.

P. Cornelius Severus vixit ille quidem Auguſti temporibus; ſed, quæ illi tribuuntur carmina, Critici docent Scripta fuiſſe a quodam Maximiano inepto homine.

Juriſconſulti, quorum fragmenta exſtant in Digeſtis.	Q. MUTIUS SCEVOLA. ALFENUS VARUS. M. ANTISTIUS LABEO. MASURIUS SABINUS.

Noltenius inter auctores Aureæ ætatis collocat etiam *C. Julium Hyginum*, & *Cæſarem Germanicum*, quos ego conſultò prætermiſi. Nam Hyginus Auguſti Libertus, cum nullâ planè elegantiâ ſcripſerit, indignus eſt, qui Aurei Scriptoris nomen obtineat; quin imo non deſunt, qui eum negent Auguſti temporibus hæc ſcripſiſſe: & affirmant ea ſcripta tribuenda eſſe alteri Hygino, qui tempore Antoninorum floruerit.

Cæſaris vero *Germanici* nihil, quod ſciam, reliquum eſt, propter quod nominandus ſit. Incertum eſt enim, an ea verterit e Græcis Epigrammatis, quæ ei tri-

Digitized by Google

tribuuntur ; neque Noltenius probat , quod affirmat , illum nimirum *Arati Phænomena* e Græco tranſtuliſſe.

T. Phædrum inter auctores Aureæ ætatis collocavi; ne *Cl. Facciolati* ordinem inverterem ; verum rectius , ut complurimi faciunt inter Eruditos ad Argenteam ætatem eſt referendus . Nonnulla enim in eo ſunt , quæ peregrinitatem ſapiunt . Et Facciolatus ipſe in voce *Phædrus* affirmat eum ſub Tiberio Imperatore libros ſuos conſcripſiſſe ; quo tempore ætas Aurea jam finem habuerat .

COR-

ÆTAS ARGENTEA.

CORNELIUS CELSUS.
P. VELLEJUS PATERCULUS.
L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA.
POMPONIUS MELA.
A. PERSIUS FLACCUS.

Ætas Argentea incipit ab obitu Auguſti, & pertinet uſque ad interitum Trajani Imperatoris: ab anno nimirum a Chriſto nato XIV. uſque ad annum CXVII.

Cornelius Celſus Scriptor fuit puriſſimus, cujus reliqui ſunt octo de re medica libri elegantiſſimi.

Vellejus Paterculus a nonnullis reprehenditur, quòd iis aliquando utatur vocibus, quas nemo ætatis Aureæ, neque æqualium ſuorum unquam uſurpaverit: uti, E. g., verbum *Taxare* pro *reprehendere*, & his ſimilia.

Q. ASCONIUS PEDIANUS.
M. ANNÆUS SENECA.
L. ANNÆUS SENECA.
M. ANNÆUS LUCANUS.
T. PETRONIUS ARBITER.
C. PLINIUS SECUNDUS.
C. SILIUS ITALICUS.
C. VALERIUS FLACCUS.
C. JULIUS SOLINUS.

Aſconium Pedianum nonnulli volunt ſub ipſo Auguſto floruiſſe; neque mirum ſit; ſcribit enim admodum purè.

Julius Solinus perperam hic a Facciolato inter Au-

 ctores

ctores ætatis Argenteæ ponitur. Et Facciolatus ipſe in voce *Solinus*, ait, non ſatis conſtare, quo tempore vixerit; & ſcribit a Salmaſio affirmari, eum poſteriorem fuiſſe Alexandro Mammææ, qui regnare cœpit anno a Chriſto nato CCXXII.

D. JUNIUS JUVENALIS.
D. PAPINIUS STATIUS.
M. VALERIUS MARTIALIS.
M. FABIUS QUINTILIANUS.
SEX. JULIUS FRONTINUS.
C. CORNELIUS TACITUS.
C. PLINIUS CÆLIUS SECUNDUS.
L. ANNÆUS FLORUS.
C. SVETONIUS TRANQUILLUS.

Scioppius contendit Quintilianum, Plinium, Svetonium, Florum, Statium, Valerium Flaccum, Martialem, Silium Italicum, Tacitum, Juvenalem, Frontinum ad Æneam ætatem eſſe rejiciendos: verum intempeſtivus Cenſor minime eſt audiendus; niſi velimus rem Grammaticam omnem illius arbitrio ſuſdeque vertere.

Ætatis non prorſus certæ:
Q. CURTIUS RUFUS.
VAL. PROBUS GRAMMATICUS.
SULPITIA.
SCRIBONIUS LARGUS.
L. FENESTELLÆ ANNAL. FRAGMENTA.

De

ÆTAS ARGENTEA.

De *Q. Curtio*, quamquam dubium eſt, quâ ætate vixerit, videtur tamen opinio ſatis probabilis, eum floruiſſe ſub Trajano Imperatore.

Scribonius Largus, qui floruit ſub Tiberio, & Claudio Imperatoribus, ſtylo utitur inculto, ac parum eleganti.

Sulpitia fuit Poëtria nobilis Romana, cujus exſtat ſatira in Domitianum.

A Noltenio inter auctores ætatis Argenteæ numerantur etiam

PHÆDRUS.
VALERIUS MAXIMUS.
PALLADIUS RUTILIUS TAURUS.
JUSTINUS.
AULUS GELLIUS.
ÆMILIUS MACER.
TERENTIANUS MAURUS.

Phædrus aptè, uti paullo ante poſui, ab Aureâ ætate ad hanc rejicitur.

Valerius Maximus a Facciolato deſcribitur inter Auctores ætatis Æneæ, licet fateatur ejus ætatem eſſe non omnino certam. At ſi Vir Clariſſimus legiſſet, quæ ipſe ſcripſit in ſuo *Lexico*, omnem, credo, dubitationem exuiſſet. Hæc enim habet in voce *Valerius*. *Valerius Maximus C. R. Hiſtoricus. Tempore Tiberii Imperatoris militavit ſub Sexto Pompejo, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur. Scripſit Facta, & Dicta memorabilia ad eundem Tiberium. Eum legiſſe ſe oſtendit Gellius lib. 12. cap. 7.*

Quæ cum ita ſint, nemo non videt, Valerium maximum inter Argenteæ ætatis Scriptores omnino eſſe reponendum. Ab anno enim, quo Tiberius regnare cœpit, ad obitum Trajani, anni ſunt CIII. neque illum argenteâ ætate indignum reddunt voces ignotæ hominibus ſui ævi *Gratitudinis*, & *Ingratitudinis*. Hæ enim ſunt in inſcriptionibus Librorum, quas Eruditi volunt minimè fuiſſe ab ipſo Valerio deſcriptas.

Juſtinus, ſi Voſſio credimus, vixit ætate Antonini Imperatoris. Non deſunt tamen, qui velint eum fuiſſe ipſius Pompeji Trogi diſcipulum, qui ſcripſit ſub Auguſto.

Aulus Gellius, tum ob vocum novitatem, tum etiam ob ætatem, in quâ vixit, non immerito inter æneos Scriptores ponitur. Floruit ſub Hadriano Imperatore, qui Imperium obtinuit anno a Chriſto nato CXVII., quo tempore ætas Argentea jam finem habuerat. Hinc mirum non eſt ſi Facciolatus, qui in primis *Lexici* ſui editionibus eum inter Auctores ætatis Argenteæ locaverat, in poſtremis rectius illum ad Æneam ætatem detrudat.

Palladius Rutilius Taurus ſcripſit poſt Apulejum Auctorem ætatis Æneæ; quo tamen eſt cultior, & latinior.

Terentiani Mauri ætas incerta eſt. Videtur floruiſſe paullo poſt Martialem. Muretus illum appellat ſuaviſſimum Grammaticorum.

Æmilius Macer non eſt ille, qui Auguſti ætate vixit, ſed alter illo multo poſterior, & minimè dignus Aureâ, vel Argenteâ ætate.

LI-

ÆTAS ÆNEA.

Juriſconſulti, quorum fragmenta exſtant in Digeſtis:

- LICINIUS PROCULUS.
- NERATIUS PRISCUS.
- P. JUVENCIUS CELSUS.
- PRISCUS JABOLENUS.
- DOMITIUS ULPIANUS.
- HERENNIUS MODESTINUS.
- SALVIUS JULIANUS.
- JULIUS CAJUS.
- CALLISTRATUS.
- ÆMILIUS PAPINIANUS.
- JULIUS PAULLUS.
- SEX. POMPONIUS.
- VENULEJUS SATURNINUS.
- ÆLIUS MARTIANUS.
- ÆLIUS GALLUS, & alii.

Laurentius Valla mirificè laudat horum Scriptorum latinitatem, & affirmat ex veteribus JCtis ſolis latinam linguam ſi deperiiſſet inſtaurari poſſe.

Ætatis non omnino certæ:

- VALERIUS MAXIMUS.
- JUSTINUS.
- FEST. AVIANUS, aliis AVIENUS.
- TERENTIANUS MAURUS.
- MINUCIUS FELIX.
- SOSIPATER CHARISIUS.

De *Valerio Max.*, *Juſtino*, & *Terentiano Mauro*, vide, quæ paullo ante diximus.

De *Soſipatrō Chariſio* incertum planè eſt, quo tempore floruerit.

Mi-

Minucius Felix ſcripſit ſæculo III. *Avienus* ſæculo V., neque video cur Facciolatus, ætatem Val. Max., & Juſtini æquè dubiam ſtatuat, atque ætatem Avieni, & Minutii.

A. GELLIUS.
L. APULEJUS.
Q. SEPTIMIUS TERTULLIANUS.
Q. SERENUS SAMMONICUS.
CENSORINUS.
CÆCILIUS CYPRIANNS.
T. JULIUS CALPURNIUS.
M. AURELIUS NEMESIANUS.
ÆLIUS SPARTIANUS.
JULIUS CAPITOLINUS.
ÆLIUS LAMPRIDIUS.
VULCATIUS GALLICANUS.
TREBELLIUS POLLIO.
FLAVIUS VOPISCUS.
CÆLIUS AURELIANUS.
FLAVIUS EUTROPIUS.
RHEMNIUS FANNIUS.
ARNOBIUS AFER.
L. CÆLIUS LACTANTIUS.
ÆLIUS DONATUS.
COMMODIANUS.
C. VETTUS JUVENCUS.
D. HILARIUS.
JULIUS FIRMICUS.
FAB. MARIUS VICTORINUS.

SEX.

ÆTAS ÆNEA.

SEXTUS RUFUS, ſeu RUFUS.
FESTUS HISTORICUS.
AMMIANUS MARCELLINUS.
FL. VEGETIUS RENATUS.
AUREL. THEODORUS MACROBIUS.
Q. AURELIUS SYMMACHUS.
DEC. MAGNUS AUSONIUS.
SEX. AURELIUS VICTOR.
D. AMBROSIUS.
AUR. PRUDENTIUS CLEMENS.
CL. CLAUDIANUS.
MARCELLUS EMPIRICUS.
PROBA FALCONIA.

Reliquos tum hujus, tum aliarum poſteriorum ætatum Scriptores omitto. Nihil eſt enim cur eos hoc loco adſcribam.

HAG 2010550

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google